Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

457. Institutiones oratoria (partes tres). Casimirus Turmicz. (XVII w.).

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

457

602

Nr. 457.
VIII 3B 35

INSTITVTIONES ORATORIÆ FACVLTATIS.

PRIMA PARS.

ORATOR DIALECTICVS, SEV SCHOLASTICVS

CASIMIRVS TVRMICZ

BIBLIOTEKA PUBLICZNA

In Rhetorica Sub R. Dre Alexandro Kowalscienicz Soc. Jesu. A. D. 1613.

INSTITVTIONES ORATORIÆ FACVLTATIS

PARS PRIMA.

ORATOR DIALECTICVS, SIVE SCHOLASTICVS.

Proemium. §.

Si quantum virium in quibusdam animis est, hac nostra tempestate ad excitata iuuentutis ingenia retardanda, atq; omnino ad Oratoriæ facultatis, aliarumq; disciplinarum exercitia vituperanda; tantum in me felicitatis ad eadem reuocanda et redimenda inueniretur; profectò et vos incenderem sonore certo, apertaq; oratorum dignitate inflammarem; et a subselliis eloquentiæ indignam leuissimorum hominum criminationem repellerem, ac deturbarem. Hæc enim pestis ingeniorum est, propter quam facile etiam virtus inflammata, nec aspirare potest: quia inoleuit aliquorum mentibus iniqua, sed quæ ab honestissimis et eruditis viris depulsa est opinio eloquentiam naturæ ipsius instinctu sufficere,

nec vllis elaborati artificii industriis exercitationibus debere crescere et continueri. Enimuero non vult meliori locum dare consilio, insana multorum loquentia, quæ iuuenum excitatas videt curas, mauultq; naturæ dona mirari, quam improbo labore exculta, gloriæ suæ, atq; æternitati consecrare. Satis esse dicunt puluere Oratorio conspergi, et aliqua illius, vel leuiter attentata probari arena. Quod illi faciunt, qui summis labris præguſtata eloquentia, plenis se cum Ennio proluunt Baccĳ doliis, vt ita inter loquendum appareat vbertas dicendi, et rerum omnium esse apud illos fluida felicitas. Ars est diuina, molles eneruatosq; animos non sustinet, quæ in illis adolescit, quos a luxu et turpi otio dimouet, immersosq; blanda parentum indulgentia primos annos deliciis solui, ad idq; quod altè positum est ex natura, studio, et amore absequendum incendit. In laboris acerbitate prodit sese ingenium; et animus quidquid sibi imperauerit, conatu virtutis obtinet. Ars enim aut omnino tollit, aut corrigit vitia naturæ, quod vero in ea est boni, id auget ac melius reddit. Fateri vero oportet multum in cæteris, sed in eloquentia pluriꝰ valere præstantis ingenii felicitatem, quæ sine præsidio exercitationis artis Rhetoricæ, in maximos eosq; turpissimos impingit errores. Neq; studium illius inane esse potest, quod res excelsa supra modum, atq; difficilis esse videatur, vt quis ad optatissimum dicendi culmen perueniat: cum certum sit inter ardua gloriam a virtute quæri, non in otio expectari, quæ non mollibus arenis immergit pedes, sed per inuia et aspera fortunæ viam parat, ad sublimesq; palmarum metas omni occasione celeriꝰ decurrit, contenta magnitudine animi, quæ pro stimulo et calcaribus audaces fortuna iuuare solet: qui pereundum sibi non timent, si pluris

resistant, mortem enim sibi ipsi etiam superstitem esse sciunt, dum in conatu ad gloriam assequendam, vel illius culmen occupandum subumbant. Est vero vt ait Fabius in proemio libro Imo Instit. Orat. apud maiorem Orat. 15 aliquid esse perfecta eloquentia; neq; ad eam natura genuine humani ingenii profitebit: Quod si non contingat, altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur. Omnibus enim in rebus ita natura comparauit vt quæ in quoq; genere præstantissima, atq; honorificentissima sunt, ea maximas etiam secum annexas difficultates habeant. Jam quid eloquentiæ studio difficilius esse potest! quæ præter quam non nisi contentione magna, et diuturna exercitatione animi, acquiri potest. Verum etiam ipsi Tullio in summos homines ac summis ingeniis præditos intuenti, quærenti visum est — cur plures in omnibus artibus, quam in dicendo admirabiles existant! ita, vt si clarissimorum virorum scientiam rerum gestarum, vtilitate, vel magnitudine metiri quispiam velit, non anteponat Oratori Imperatorem! tamen quod belli duces præstantissimi, pæne innumerabiles: In dicendo autem excellentes vix pauci proferri possunt. Quod ij qui consilio et sapientia regere, gubernareq; vemp: possunt! quam multi nostra, plures patrum memoria, atq; etiam maiorum extiterunt! cum boni per diu perdiu nulli, vix autem singulis ætatibus, singuli tolerabiles Oratores inueniantur. Atq; vt magis difficultatem facultatis, et paucitatem Oratorum ostenderet Tullius, ad reconditas artes, ac in quadam diuersitate literarum versatas se conuertit. Quod (inquit) omnium laudatarum artium procreatrix quædã et quasi parens Philosophia, quod Mathematica viros scientia, studiorum varietate et copia produxit! difficile est enumerare, nisi forte ita dicendum sit: Sapientiam seu Philosophiam esse quoddam cælum præstantissimum

in quo eruditi viri suo numero, syderum multitudini se opponunt. Poetarum vero, si adeas Parnassum, Heliconem, et alia religiosa vatum adita, aduertes vt illorum torrens intumescat, qui tanquam alueus egressus, modum seruare non potest, nec pluat sed stagnet, ignauus tot seculorum ipsâ copiâ. Quae si minima egregiorum Poëtarum in eoc ipso numero in quo versatur aliquis excellens exoritur, esse videtur, multo tamen pauciores Oratores, quam Poetae boni reperiuntur; quia vi nascuntur: illi fiunt. Magna et omnia eloquentia requirit animi et corporis ornamenta, quae inter singulas quasq scientias diuisa sufficiunt: Inoratore vero, tanquam in vno domicilio conuenire, et sese arcanis modis debent complecti. Quod perquam rarum sit, inquit Cic: in Bruto. Atq ego in summo Oratore fingendo, talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Non enim quaero quis fuerit! sed quid sit illud, quo nihil possit esse praestantius! quod nulla vi in mentem etiam humanam transferri potest, caelestis vt pene species, quae imaginem pulchritudinis suae, nullius aut lingua aut manu, perfectè exprimendam dedit. Tota apta ex sese, in se vna continet omnes virtutes, quas Deus inter singulas sapientiae partes diuisit; adeò, vt si contentè omnis natura elaboraret in creando Ene, qui eloquentiae quasi circumscriptus esset habitandi locus, prius effictum eoc grande totius vniuersi corpus seculis traderet, quâ aliquod capax pectus illius amplitudinis efformaret. Neq vero sicut Heracleides Zeuxis ex plurium virginum magna praeditarum formae dignitate, omnia quae iudicauit genera venustatis, vno in corpore Helenae conatus est depingere: Eunc modum eo successum a se quaereret orbis, si ex aliquem animum ceu simulacrum transferre, et vnum eloquentiae vultum colligere, ex praestantissimis Oratoribg, tentarent etiam ipsa secula. Caeteris enim natura, iam quod largiretur, non haberet. Numen illud est, quod talem Enem octauius spe-

cta

ctandum, in Sos vniuerso tanquam creaturæ producere potest: Aut certè illud tanti vnus homo esse creditur, qui vt totam facultatem, diuitiasq. omnes eloquentiæ possideret, et magnitudinem Dei vno pectore concluserit, et in vno verbo, amplitudinem eloquentiæ, complexus atq. elocutus est. Quâ igitur audaciâ! quâ temeritate, omnes illi eloquentiam suam eiusq. scientiam plenis buccis concrepant, qui aut nihil in Oratoria facultate versati sunt; aut summo tantum oretenus illam attigerunt vim dicendi sibi influxisse sine omni labore ostendunt, qui in circulis insani, ad mensas ebrii, in consessibus furiosi vel ridentur, vel tolerantur. Ad quos reliquitur malorum, omneq. crimen constitutum tanquam pro suo capite ad patronos conuenitur, vbi clamore illorum et foreticissimi cœtus disturbantur, et pro veritate scelerata faces inferuntur, vt ideo aliquid iurium, aliquid probrorum, et ipsius integritatis omnem causam ruere et deflagrare necesse sit. Quo euenit subuertunt regnis, vrbibus, ciuitatibus, diuina prouidentia sancitas leges, impediunt curas, vigilias, consilia quibus Resp. inuictissima stat; æterni beneficii in Patrum recte statutis, immortalem memoriam delent; et quod aliquando recolere etiam quidam timor est, diuinam mentem vnde salubria consilia eloquentiæ ipsis plane seculis composita promanare solent: oppugnare non erubescunt, imo nec verentur. Vos ergo vos eloquentes estis patroni, apud quos clamor et declamatio Oratoria vitium est! Iam vero quid vestri erunt clamores, in: sultus deprecordiis elisi! quid è tumultuosa animi parte affectibus videlicet colluctati spiritus! nonne incensa fulmina, atteo vt terror ipse in audiendo quolibet exitu sit grauior et formidolosior. O audaciam et insaniam immanem! qui semel aliquando, et vno anno nostra eloquentia a limine vix conspexerunt: se se ingressos penetralia et auditores illius esse mentiuntur! qui in florenti ætate nucibus pentrahebantur, nidis columborum extruendis

solicite extruendis et insudabant, auariis dilatandis studebant, isti os impor
tunissimum se exercuisse in eloquentiæ aedibus contendent, quod nunquam
aures, nisi inuitè perferre cogebantur. Qui denique sine mente, sine sensu vi-
dentur esse, isti omnem frequentiam, furias, et omnia subsellia sua se rostra intro-
ire putabunt, sed cedite hinc immaturi et seditiosi oratores, et aliis talem, qua
aures doctas solicitatis, vocem venalem melius proferte, stipulas in ore succen
sas, anhelitu vacuo ventilatis, et Rhetoricas flammas euomere videamini.
Cumq eos qui apud eruditas gentes ciuis optimi nomen promerentur; docta eloquen-
tia, asserat in libertatem: soli vos omni populo tacete, et viuite hoc silentio in
vestrum lucrum aut quæstum. Cedite laternarii Catilinæ, barbati Epicurei, ve-
stra supercilia, cymbala, et tinnigentia ora detestamur, nec a vobis quicquam
nostræ opis aut ornamenti expectamus. Oratores enim qui animo excelso, et
alto et virtutibus exaggerato sunt, aditum sibi ad eximiam eloquentiæ laudem
industria et amore labore patefaciunt, nec solis naturæ copiis instructi ad eam
aspirare audent, sed asperam et molestam sibi proficiendi rationem proponen
tes, ingenio nihil, labori plurimum adscribunt, quam multa naturæ incommoda,
aut præsidia Demosthenes correxisse, vel auxisse dicitur, studio linguæ, vocis, spi-
ritus, motus, vt Plato qui vir dei immortalis habitus est ex eruditissimis Athenis
ad Pythagoram nauigauit: Pythagoras regiones Persarum, Cretam, Lacedemona perlu-
strauit, quam multa ipse Cicero! quam multa alii, qui omnes præcepta aliqua obser-
uasse iudicantur. Num vero ii aut exigui ingenii fuerunt? aut ideo se arti
excolendos tradiderunt! quia se solis naturæ opibus admirabiles in dicendo futuros
desperauerunt! minime, sed vt dicendi maiestatem, et vim diuinam assequerentz
laborem verum gloriæ parentem, in comitatum ornamentorum naturæ assumpse
runt. Discendi enim cupidos, labor a disciplinis non absterret, quos structum
veræ laudis allicit, atq inuitat ad laborem. Quæ cum ita sint reliquum

est vt libe.

est vt liberè fatear, multum etiam præceptis Rhetoricis, nocuisse plurium scriptorum, varietas styli, aut tractatio magis speculatiua, quam ad praxim directa doctrina præceptorum. Mihi vero longe aliâ mens est, statui enim institutiones Oratorias diuidere, in Oratorem Dialecticum, Ecclesiasticum, et ciuilem, ne varia sub vno titulo immiscendo, corpus Oratorium confunctum, in quo exornando si amplior fuero, et supra eum statum, quem modo instruo, altiora aliqua præcepta adiecero: Id faciam, non vt satis mihi sit docere, si duntaxat dicam, nisi et scribam. Stylum voci iungo: vt cum loqui non potero, vocem in scriptis expectem; et in libris meis, vestris ætatibus me porrigendo, vos docean, quasi certus sim quod et occupari extra scholæ septa sustineant mei auditores. Scribo igitur, non vt formem tantum, tam vestram ructiorem ætatem, sed vt postea melius politam ornem et delectem. Quod vt succedat Immaculatæ Conceptæ Virgini et Matri, vnius Verbi et eloquentiæ Dei Parenti, hunc laborem consecramus, atq; vt ab ea vero dicendi Spiritu, et eloquentia eximiæ mentis scholæ, non obscuræ imbuamur, hoc imploramus. Dixi.

PRIMÆ PARTIS, SECTIO

Imâ.

Antequam de præceptis Rhetoricis, ea dicam quæ dicenda suscepi, de titulo primæ partis, in hoc loco breuiter præmittendum esse arbitror. Quid sit causæ, quod Oratorem inscripserim dialecticum, cum certum sit facultatem Oratoriam et Dialecticam inter se maxima naturarum suarum constitutione distare: hæc n. contractior, illa amplior vbiq; apparet. Quod ipsum Cic. 2. de finib. confirmauit: Zeno inquit, omnem vim loquendi in duas partes distributam esse dicebat; Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse; quod latius loquerentur Rhe-

tores, Dialectici autem compressius. Qua igitur ratione idem erit, aut Rhetor. Dialecticus, aut contra? Quomodo fit qui diffusus est, contrahere se, et claudere uno pugno poterit? Aut ille qui compressum se nouit esse, breuitatem suam qua collectus est, in aliquam amplitudinem explicabit? Non hoc misterium uolo, aut spectaculum hic exhibere: ut uel pugno claudam palmam, uel palma comprehendam pugnum. Sed hoc nomine inscripto, affinitatem Dialectica, cum Rhetorica comprobando, decreui arguere Rhetorem sine Dialectica preceptis, inane et tumidum uas esse, non plenum nec solidum: uel dignum quod rideat uulgus sine cerebro caput, dum aliquis contendit esse diserius et sine ratione. Vtrumq; hoc natura indicat hominibus, quod Diogenes non aliud cogitandus est declarasse, cum ab adolescente facundiam aliquam illo interrogato requisiuit: Loquere adolescens, ut te uideam. Rhetorem uoluit audire, ut aduerteret hominem ratione preditum latere, cuius indicium, eruditus sermo est. Neq; aliud sapientissimus Salomon olim protulisse censendus est, cum dixit. Iusti uiri aspectu quemquam sanare. Non enim hic aspectus exterioris alicuius facies uim medicinæ adfert, hoc siquidem ipsum aliquod simulacrum, uel statua efficere posset; sed aspectum rationis sanæ, et prudentia eruditæ esse uoluit, cum audientium mentes, mirabili et occulta quadam ui permota, iusti uiri doctrina, censentur in penetrabiles animi sensus, illiusq; uiri præcordia oculis internis descendere, atq; ibi uultum sapientiæ et uirtutis intueri, qui admiratione sui, et uoce de Saulo aliquo monstra inferni placare, et expellere potens sit. Stultorum uero sermo et temeritas, tinnitus est et aeris fragor, inconditus cantus, offensio aurium, uox, præterea nihil, dolia pertusa et inania quæ neq; Scænicus Diogenes incolere dignaretur. Magnæ sunt utilitates eloquentiæ, nec parum in se fructus habet copia dicendi, et commoditas orationis, sed (teste Cic.) tunc valet, cum recta intelligentia et definita animi moderatione gubernatur. Nam cum et nostræ reip. detrimenta considero, et maximarum ciuitatum ueteres animo colligo calamitates, non minimam inde uoluptatem

esse par-

esse partem incommodorum; cum autē res a nostra memoria propter vetustatem remotas, ex literarum monumentis repetere instituo, multas urbes constitutas, plurima bella restituta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias, intelligo cum animi ratione, tum facilius eloquentiâ comparatas. Ac me quidem diu cogitantem, ratio ipsa in eam potissimum sententiam ducit, vt existimem sapientiam, sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus; eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumq, prodesse nunquam. Quare si quis omnibus rectissimis atq honestissimis studiis, rationis et officii consumit omnē operam, in exercitatione dicendi: Is inutilis sibi, perniciosus patriæ ciuis aliturus. Qui vero, ita sese armat eloquentiâ, vt non oppugnare commoda patriæ, sed pro iis pugnare possit, is mihi vir et suis, et publicis rationibus vtilissimus atq amicissimus ciuis fore videtur.

Atq sic volo, cuius rei quæ vocatur eloquentia, siue artis, siue studii, siue exercitationis cuiusdam, siue facultatis a natura profectæ, considerare fundamentum: vt veperiamus id ex Dialecticæ cognitis præceptis natū atq primis rationibus Philosophiæ profectum esse. Quod licet intra dumeta Dialecticæ angustè conclusatur, minutisq conclusionibus, eius studiosi idem circumueniant, aculeatisq magis ratiocinationibus pungant et feriant: Tamen hoc ipsum est genus maiestatis sapientiæ, quod Rhetores eam, non semitis sed capis deducant, non angustis pontibus, sed apertis fluminibus circumducant, nudā non ostendant, sed vestiant, comant, ornent, expoliant. Sæpè enim veritas displicet suis spoliata ornamentis, sæpe suis phaleris expolita comprobatur, quæ non in verborum aucupiis curam totam, sed in rationum momentis inuestigandis præcipuam operam collocat, et exercet. Cuius rei exemplum, offert de nobis princeps Philosophorum Aristoteles, qui Socraticam æmulatus disciplinam, quæ semper eloquentiæ floribus vernabat: rerū cognitionem, quam

omnis ornatus, et elegantiæ expertem atq; inopem, ea tenus inculcauerat, deinceps cum orationis lauticia coniunxit, ideoq; Philippus Macedo, cum Alexandro filio doctorem acciuit, a quo ille et intelligendi præcepta acciperet et loquendi: illudq; sapientissimo Regi frequenter erat in ore [Non tam bene secum egisse superos, cui talem filium donassent, quam cum filio, cui talem præceptorem præstitissent]. Itaq; illos probo Oratores, quos cum audias, dubites, Philosophosne orantes, an Oratores Philosophantes, audire tibi videaris. Si vero quis dubitet, vtrum sit optandum, an eligere infantiam sapientis, an insciciam loquentis! Malim ego cum Ciceron. ne indisertam sapientiam, quam stultitiam loquacem. Oratoria enim facultas, vt eam gubernet, omnes artes colere, et maximè Philosophiæ disciplinam in vsu habere persuadeo; neq; hic illas volo artes seruiles, infimas et ancillares, in quibus olim laudatus fuit Heus Hyppias, qui cum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate gloriatus est, cuncta pœnè audiente Græcia, nihil esse dicens in vlla arte rerum omnium, quod ipse nesciret: neq; solum eas artes, quibus liberales et ingenuæ doctrinæ continentur, sed humiles quoq; et abiectas, annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. Non eas ego in partem laudis hic admitto artes, illas volo, quæ rectam rationem, vitæ, morumq; disciplinam, et sublimionum naturæ arcanorum, bona contemplantur, nosq; cum iis tum pluribus et maioribus eamm diuitiis sapientiæ circumdant. Talem olim ætas admirata est Gorgiam Leontinum, qui apud Platonem de omni re, quæcunq; in disciplinam vocantur, se copiosissime dicturum esse profitetur: et in frequentissimo conuentu, de qua quisq; re vellet, audire, eloquentissime perorauit. Et vero magnam gratiam a tota Græcia inire debuit, tam sapiens antistes eloquentiæ, cui aurea statua posita est Delphis, cum cæteris tantum inaurata erigerentur. Quo discrimine indicatum est, aliorum eloquentiam inani verborum apparatu solum esse circumtectam, cuius orationem non solum verborum splendore illustrari, sed etiam præ diuite rerum supellectili cum admiratione conuiuare. Quare proscribendi

sunt omnes illi Oratores, qui sapientiæ disciplinis, vel bene, vel penitus non sunt imitati, isti enim quasi declamatores ad clepsidram latrantes videntur esse: Quorum vnum Cæcilianum multa incondite blaterantem, et crebro fausto, fœrentes fauces refrigerantem Martialis leppidè (quod est illius ingenium) sortatus, vt de clepsidra bibat, quo citius exhausta oranti silentium indicat,

Vt tandem saties vocemq; sitimq; rogamus
Iam de clepsidra Cæciliane bibas.

Vnde ipse etiam Tullius Cæcilium nulla tinctum eruditione aggredientem eloquentiæ tacere iubet, quasi prolixa oratione diffidentem.

Igitur non a verbis solum, sed a rebus præsertim orationis dignitas et Venustas petenda est. Res vero non alia magis facultas suggerit et supplet, quam Dialectica, quæ ex scientia et cognitione, tanquam aliqua rerum experientia, prudentia oratoris enudire solet; eiusq; amplificationes, solidiores, nec vanas, suorum argumentorum copia et gravitate cum efficit, tum confirmat. Itaq; ipso naturæ ordine, et illius institutione quotidiana comparatum est, vt in vno quoq; rerum prior sit rationis vsus, quam expolitio eloquentiæ, quæ ornamentorum suorum varietatem, quibus ratiocinatio omnis Rhetorica Dialectica, magis grata influat, et appareat, ex argumentorum et intellectus contemplatione colligit et conquirit.

Hoc vero vnum est, quod nos ad hunc titulum præfigendum induxit, quia Rhetorica facultas, in multis suâ copiâ obesse sibi solet, in tantaq; rerum explicatione, et planitie, abstrusior difficiliorq; imo obscura apparet: quod illa, in quibus ars Oratoria maximam cum Dialectica affinitatem constituit, illa inquam argumentorum series præsupponat scientiam Dialecti-

corum locorum, quos Orator amplificat et adornat.

Quare ne confundam et quadrata rotundis, aut rotunda quadratis commisceam, iudicaui primo exponere ea, quæ ad intelligendum Oratni, ex præceptis Dialecticæ necessaria videntur esse. In eo enim meo proposito et titulo graui rationum pondere me confirmauit celeberrimus Oratorum Carolus Sigonius, cuius in Orat: 3. de eloquentia hæc verba sunt. [Dico post Grammaticam et Dialecticam, tum tertio loco Rhetoricam tradi oportere: primus enim est usus naturalis sermonis quem Grammatica instituit, eum proxime sequitur usus rationis, quem Dialectica confirmat, postremus et naturalis usus eloquentiæ qui præceptis Rhetoricis perpolitur.] Quid vero aliud sic Orator euincere laborat? nonne in oculis oium ita veritatem constituit, vt quisq; facillime conuincere possit, aut Dialecticam primo esse, ante Oratoriam facultatem ediscendam: aut Philosophia audita et intellecta, postea recurrendum esse, ad Rhetoricæ facultatis studium. Pro qua parte cum plena vbiq; et obuia habeamus exempla. Ipse Carolus in fine 3. Orat: pro eloquentia, exclamat. Ô corruptos inquit Cuius nostri sæculi mores, et penitus deprauatam veterem disciplinam? Philosophi quondam etiam nobilissimi magistros dicendi studiose adhibebant. [Siquidem Hermogeni Musonium diligentissime operam dedisse profitem est] nunc Rhetores a Philosophis, vel infantissimis irridentur, illi sibi dedecori esse ducebant, nisi ornatè quæ sentirent, eloquerentur, si sibi vitio tribuunt, nisi omnia impurè, et deprauatè loquantur.

Turpe ergo est, aut Oratorem esse inconsideratum, aut Philosophum non perpolitum: Ita, vt illi recte dici possit. stultus cum tacuerit, sapiens reputabitur: Isti vero ad solitudines aliquas excedendum sit, qui sola naturæ contemplatione exercitatus, loqui aut nesciat; aut in dicendo, propter nimiam sim-

plicitate

plicitatem, incultus lingua Dameta appareat. Neq tamen hoc propositum meum est, vt ego inuentore ordinem anni velim. Primo Dialecticam tradendo. Sensum meum et tituli in hoc maxime declaro; quod cum nihil ad Rhetorem Scholasticum ea faciant, quæ vsui ciuili accomodari possunt, et tamen si ea sub communi Oratore describerem, potius confunderem, quam studiosos Rhetoricæ erudirem, ideo illa omnia explananda, vel saltem aliqua, primo iudicaui, in quibus præcipuum Dialecticæ locis affinitatis suæ stirpem Oratoria facultas collocari. Et tales sunt, propositio, definitio, et illarum partes ratio, et syllogismus, cum cæteris argumentandi modis: qui licet amplæ iam, a multis editi compositiq sint, a me tamen aliqua illorum, aut claritati, aut methodo adycienda esse cogitaui. Quod vt felicius succedat, illius tutellæ Oratorem meum commendo, qui libertate dicendi pro integritate gloriæ Dei se opponendo, exclamauit. QVIS VT DEVS. Qua exclamatione et principatum inter Angelos possedit, et de sublimi throno illam superbam et tumidam belluam Luciferum, in belluam palatum deturbauit. Fit ergo die illius

QVÆSTIO Ima.

QVID SIT RHETORICA, Seu ORATORIA FACVLtas, & quod eius obiectum.

Quæstio quid sit aliquid, plerumq diuidi solet in duas partes, in quid nominis, et quid rei. Contingit enim ex ignorantia nominis, quod natura rei difficilior et abstrusior sit ad intelligendum: Amplior vero claritas et lux quædam explicationi cuiq accedat ex nominis deductione; cuius præsidio, ipsa natura rei singulare pro definitione sua argumentum

acquirit. De nomine igitur sic primo quæremus, rem vt apparebit nonnulli us momenti, qua videlicet ad maiorem nobilitatem Rhetorica facultatis conductura sit.

DICO. I. Rhetoricæ nomen ductum esse, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν quod est dicere, vel ἐύρρου χέειν quod est fusè loqui. Hoc vero nomen Rhetorum applicabatur variis statibus, vt qui Regna gubernabant, aut leges ferebant, illi principes consiliarii ducesq; populi Rhetores vocarentur. Is erat, inquit Causinus, lib. 2. de veteri eloquentia, cap. 6. Rhetorici nominis splendor, hæc potestas, cum cæteri literati et Philosophi inter scholæ parietes delitescerent: illi vero honore et opibus florerent. Quare nobilissimi quiq; iuuenes dicendi studium ardentissimè capessebant, quod ad rep. gubernacula moderanda, hanc sibi ansam potentissimam esse iudicarent. Vnde talium nomen consiliariorum deducebatur a Græco ἀπὸ τῆς ἐυρρήτου enim legem bores appellabant.

Idem nomen Rhetorum singulariter delatum fuit iis omnibus, qui remoti ab vsu negotiorum ciuilium, eam inter scholæ priuatos parietes gloriam eloquentiæ curabant, quam in forensi luce, et concionum honoribus rari postea sunt assecuti, et tales fuisse vult eodem citatus capite, et libro, Causinus. cum dixit, illi ἐγκρεῖς δοκίσοφ sunt nominati, qui studio eloquentiæ excellebant, et veluti Syrenulas (vt Græci vocant) affectabant, nec ad forensium rerum labores se se esse vebant, sed solo exercitationis elegantiæq; in dicendo genere, inter se decertabant. Quo studio, magnum honorem assecuti sunt sophistæ. Plerique vero scholastici ita eloquentiæ Regni amantes extiterunt, vt præ docendi munere prouincias et principatus recusarint: Inter quos fuit Libanius, qui locum prætorii præfecturæ a Juliano oblatum præ vehementi otii literarii dulcedine respuit. Audiebantur enim et præmiis decorabantur ab Imperatoribus, qui malebant suos ingeniosos, inter eos eloquentiæ ludos alere, quam obstruetam ad publicas conciones, et popula

res flectus

res fluctus nam aperire.

De Sophistis Rhetoribus, in theatro veterum Rhetorum satis amplissime tractat Ludovicus Cressolius, qui tanc nominis Rhetoricis adscriptam gloriam Sophistis ita distinguit, ut aliud Rhetorem, aliud vero Sophistam esse velit. Qua in re magnum Gregorium Theologum adduxit. [est eadem, inquit, apud Gregorium Theologum distinctio, cuius locum eo proferam libentius, quod opinor doctus interpres, non satis clarè eum expressérit: sit de magni Basilii laude, quæ maiori præditum eloquentiæ, quam pro ætate fuisse contendit, et hoc modo illustrat Orationem 20. [Orator inter Oratores etiam ante scholas et declamationes Sophistarum. Sophistæ etenim qui tum fuerunt Doctores Rhetorici, hoc spectabant, ut Oratores efficerent in dicendo perfectos, hoc est Rhetores: quique in foro et curia dictionis suæ elegantiam possent ostendere.] Sensus igitur eruditissimi Gregorii est, Basilium adolescentem, tam præstanti fuisse ingenio, et orationis copia, ut eâ priusquam ad sophistas, et scholam eloquentiæ accederet, iam esset Orator: quemadmodum et priusquam Philosophiæ mysteriis initiaretur, iam Philosophus erat] Atq; ex hoc loco, iam quodam elucet discriminis ratio, inter nomen Rhetoris et Sophistæ, apud Græcos, viam hic pandit. et directas regiones ad eloquentiam, ille iam peritus et paratus ad agendum Orator. Et post pauca aliud discrimen ex Gregorio Nazianzeno recitat [Hic mihi inquit differentia quædam obiicitur, quam eo. nasea videor, apud eruditissimum Gregorium Nazianzenum, ut Rhetor, cum quidem ad docendum refertur sit politicus, veluti eloquentiæ professor, qui præcepta modo communia explicet: Sophista autem qui præterea plurimarum artium scientiam complectatur, et dictionem mirabilius exornet, omnibus luminibus pictam, floscu lis et copia redundantem.

Ad summum vero (ait Causinus loco supradicto) ut omnia paulatim defle-

erunt in peius, illa Doctorum eloquentiæ gloria, quæ prius florentissima extiterat, in viles Rhetorculos defluxit, qui se Rhetores Latinos appellabant, quales illi fuerunt, quos decreto senatus, constat esse damnatos, Enes ineptè fallaces, vt qui frigidas quasdam Graculanum rabularum versutias, et stolidam facundiæ iuuentutem docerent. Et hoc ex singulari consilio huic explicationi nominis Rhetorici ex Cassino adduxi, vt ostenderem mihi probari illius explicationem, quâ ratione videlicet et causa, nomen Rhetorum in contemptum venerit apud tot ætates, et an ex natura ipsius facultatis Rhetoricæ id secutum fuerit, quod a multis principibus Roma Philosophi et Rhetores proscripti fuerint, cum et illi magistri sapientiæ, quæ animi lux est: Et qui rectè dicendi professore, quod scientiarum ornamentum est, extiterint; tamen è rebus publicis pulsi eiectiq; legantur. Homines vt pote illi fuerunt, qui nouum genus disciplinæ instituebant, ad quos iuuentus in ludos conueniret, quæ noua et præter consuetudinem, ac mores fiebant maiorum, neq; placebant, neq; recta videbantur. Pseudorhetores igitur erant, qui pro vera eloquentia Dialecticorum argutias fallaciasq; vendi tabant.

Et hoc est dicti fundamentum, quare Sophistarum nomen defecerit ad Dialecticos, vnde Sophismata locum argumentandi ex fallaciis construxerunt, logicasq; spinas produxerunt: Quæ non penetrant ita vt vulnerent, sed pungunt, et molestia fatigent et vincant. Hanc quoq; rationem assecutus est, et expressit ille apex ingeniorum Diuus Aurelius Augustinus, qui licet Romæ professus fuerit Rhetoricam, magnaq; laude illius floruerit, tamen Rhetores vocat verborum et vanitatis venditores: cum multis locis tum præcipuè lib. 9. confessionum cap. 2, in hæc verba proloquitur [Et placuit mihi in conspectu tuo non tumultuosè abrumpere, sed leniter subtrahere, ministerium linguæ meæ nundinis loquacitatis, ne vltrius pueri meditantes non legem tuam, non pacem tuam, sed insanias mendaces, et bella forensia, mercaventur ex ore meo arma furori suo.] Tales.

ergo Ale

ergo Rhetores, qui tantum nundinas vanæ loquacitatis exercebant intelligendi est fuisse proscriptos, qui vel tantum a limine salutarunt, vel summis labris gustarunt eloquentiam, vel eam ad pravos detraxerunt mores; Isti non aliter, quam insani et furiosi arais utebantur cum pernicie aliorum; Atq; ut furiosis gladius subtrahendus est: Ita aut exterminandi sunt Oratores mali, aut eiusmodi Oratoribus lingua eradenda, et silentium indicendum est. E quorum numero sunt etiam illi, qui sine tumultu, munus Oratoris peragere non possunt, ut mirari soleamus, quod verborum tantum et sententiarum ornatu maiestatem eloquentiæ metiantur, qui modus puerorum est et incipientium balbutire non loqui.

Quid de imperfectis et sine intelligentia, vibrantibus arma eloquentiæ dicemus! qui ob ignorantiá sapientiæ, nullamq; aut exiguam eruditionem cum omnibus prodesse volunt, ubiq; nocent, et dignitatem Rhetoricæ facultatis prostituunt, cuiusq; vim divinam profanam. Optime in rabulas eius generis Carolus orat.q. pro eloquentia subita invehitur, qui absq; solida firmaq; exercitatione dicendi putant se iam culmen assecutos esse eloquentiæ, cum nomen Rhetorum iactant, et si vel semel locuti fuerint, Oratores se maximos auctos fuisse cogitant. Cur igitur Enés inquit pravam hanc opinionem mentibus imbiberunt! quia pauci ab ineunte adolescentia dicendi copiæ student, ubi vero iam ætate corroborata fuerint, et ad honores petendos, aut ad causas agendas animum applicuerint: Tum cum intelligunt, quantum ad gratiam, quantum ad opes, quantum ad gloriam eloquentia valeat, ad hæc studia vel inviti se conferunt, et eodem die gestum discere, atq; in Scenam prodire volunt. Sin autem magistrum dicendi forte quempiam audiant, cum ab eo ne multis quidem annis penitus cognosci possunt, uno statim die sapire omnia cupiunt. Quod ubi minus ex sententia cessit, tum dicendi tota arte in perpetuum deplorata suo cuiq; ingenio

laborandum, suis nitendum viribus esse, quorum non ludum frequentari oportere contendunt. Sed hoc ubi adierint, Oratoresq; omni artificio perpolitos audiuerint, acerrimo iudicio contendentes, periodos graues, selectas, generosas, honestissimas, iam magnificas, iam sedatas, atq; vt res postulare videtur fluentes: Intonantes, superciliumq; erigentes cum opus est: temperantes celeritatem affectuum cum tarditate: miscentes Rhetoricas figuras iam sonoras, iam contemptum alicuius facti vel dicti exiles, iam claras cum subobscuris, sabentesq; rerum et delectum verborum admirabilem, ita vt nihil sit otiosum aut temerarium; tamen seruata mira varietate et iucunditate, in summisq; blanditiis, nunquam recedentes a grauitate, et in vsu grandis Orationis amplificantes cum maiestate, et assurgentes mirifice, ita vt illud Tullii olim de Marone probatum illis adscribi possit. Nec illis sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti moles: vt etiam ob ingenii laborem similes sint Dedaleis monumentis, cum se maxima sublimitate stili, et spiritu eloquentiae efferunt. Jam quid hic Rhetorculi extra se rapiuntur, audiendo tam exercitatos in foro, in comitiis, in variis consessibus viros, conantur similia proferre, et desperato artificio ad suam se naturam, eiusq; latis humilem supellectilem conuertunt; tandem intrudunt se, et immiscent frequentiis, perfectos quos audiunt, apud coecos spectatores corrigunt, ipsi vero se iudicio eruditorum submouentes inter plebeios, aut nullo studio vel exiguo literarum tinctos perorant: Ibiq; Historici, Oratores, Consiliorum arbitri et iudices apparent; vt verum sit illud Salomonis. Sapientiores sibi videntur stulti, septem viris sententias loquentibus. O loquaces Thalpae, quibus plus quam scientibus apud ignaros est fidei, cum in fronte mentem ostentatis

et apud

& apud indoctos vos galerite, cygnis canitis suauius: in nocte conspicui, inutiles diei: asini apud Cumanos pelle induti Leonis, qua ridiculas Simias contegitis: ibi triumphatis, vbi perperam agitis. Cum vero imitari laudatorum volunt eloquentiam, atq; vt Sturni loquuntur instar Ennii vocis alienæ æmuli: ita illi affectant copiam dicendi, et ex auditis collectisq; alicubi sententiis, vnam turpem concinnant orationem, aspersamq; mille nugis, in præsentia honestorum effundunt, ita vt nares amici, aliquando obstruere cogantur. Quod enim fertur, teste Nicolao Vernulæo, orat. 1ma de Homero, hoc loco optime potest dictum retorqueri in Pseudorhetores. Ingeniorum enim inquit ille scientiarumq; fons Homerus, et humanæ terminus admirationis, quem veneranda antiquitas ore patulo vomentem ita repræsentauit, vt defluentes ab eius ore liquores ac flores, in amphoris et canistris colligerent, Philosophi iurisconsulti, Oratores, Astrologi, Poetæ Medici, Pictores.] Quod ergo hi sapientiâ præditi, ex pretiosis Homeri dictorum, et ex illius metallis, auri, gemmarumq; doctrinæ sibi vsurparunt, hoc in vniuersa eruditionis humanæ amplitudine, se magnificos et excellentes præstiterunt: vomitus tamen, et sordes reliquerunt, quas isti Rhetorculi, tanquam ad nilum canes captantes, et auribus lambentes: Hinc aliquid doctrinæ, vt auri, hinc sententiarum vt gemmarum: hinc eruditionum vt argenti rapientes ita prodeunt, quasi diuitiis ornati ad eloquendum, vt vox illa Rhetorica vilia et sordida recensendo, de fece fausta esse conficiatur; atq; cũ ex vasto aquilæ cadauerum supereſt aliquid, id imbelles aues colligunt: sic isti cibos, alienis dentibus demolitos, rerectamentaq; mensæ doctissimorum

sua defenunt eloquentia mandendca. Tum vt olim iuuenalis de conuiciatore
sordido, qui conuiuis viliora et demolita apponebat, dixit: Ecce dabit in
semesum leporem, aut aliquid de clunibus apri. Neq; aliud est, quod melius
in istos Oratores retorqueri possit, qui semesa declamant, fundunt collecta, spargunt
composita, animata exanguia reddunt, viua voce prolata, mortua deformant, et dum
volunt ditare eruditorum virorum, dictionem spoliant et coarctant, ita vt quae in
illis fuerat forma, in istis materia esse iudicetur: In illis dispositio: In istis
ex congerie rudis et indigesta, nuda et infelix moles: Illorum fuit narratio
aurea, istorum plumbea, cum vt forarei narratores eam iustius mererentur
comparationem, quam Scaliger festiliis in ornando Virgilio, in vituperando Ho
mero adduxit: quonm illa tot loco optimo accomodatur, [quantum videlicet
a plebeia incomptaq; muliercula, matrona nobilis distat, tantum isti a pulchritu-
dine erudita, doctaq; eloquentia: et quanto barbara Polyphemi persona, inferior
est Regia maiestate, tanto istorum emendicata grauitas, a persona et vultu vir-
tutis dicendi separata videtur: cum recenti mentiuntur enormia, fingunt ine-
pte, nesciunt proponere, vt benevolum et promptum auditorem habeant; offerunt res
impossibiles, et multa confundunt: praelia tanquam ad equitem formant, turpiter
gemunt, superos mortali manu vulnerant: confingendo Orationes nugatorias. Quod
si res prosequantur seriae, mouent risum, proponuntq; nuda, plebeia, quouis
ingenio parabilia, simplicia, non perfecta, mollia, leuissima, ieiuna, fatua, lan
guida, sine arte, sine affectu, augas aniculorum, verba sicca, vasta, sententi-
as arridissimas, orationem verbo vno miseram, et tabernariam declamat, flu-
untq; more suo sine vllo apparatu, metaphoras, Allegorias, et alias figuras,
inepte attribuendo contra naturas rerum, in re atroci temere lasciviendo:
In leuibus materiis, grauitatem affectando. Rem concludo texum erroxum Ca

Eulogu

Kalogum qui nullo modo recenseri potest, sed dum committuntur, in vno actu et voce infiniti prope in oculos eruditorum offendunt. Hi itaq; sunt, qui semper digni censentur exilio, et cum aliter Rhetores esse nobiles nequeunt, sua se vitiis nobilitant, vtiq; ferendum esset, si in optimos nobilesq; histriones euaderent. Tantum enim abest, ait Pyraquella de nobilitate cap. 34. [Vt ars Oratoria suis Rhetorica et eloquentia, cui Roscius Hortensiam comparare voluit repugnet nobilitati, vt etiam alioqui ignobiles nobilitet, vel teste Firmico Materno, qui lib 3 Astronomicorum cap. 8. inquit. Si luna ad Mercurium ferahur et ei se cursus sui radiatione coniungat, sitq; luminibus plena, faciet corditos, ingeniosos Oratores, summa nobilitate eloquentiæ fulgentes. Vtinam vero influxus sic cælestis, et coniunctio Planetarum meliores efficiant Rhetoriculos nostros. Vtinam illis bene exoriantur, ita tamen ne loco caducei, talariorumq; Mercurii, quem olim antiquitas Deum eloquentiæ fabebat, aligeni genere adaptent sibi talaria, ludumq; talarium et saltatorium instituant. Sed iam ex dictis.

Colligitur 1mo. quod sit discrimen inter Rhetores veros et Pseudorhetores.

Colligitur 2do. Rhetoricam nihil valere, sine scientia Philosophiæ, adeo et suis sacrana, et voce tantum venalis sit.

DICO 2DO. Rhetoricam habere affinitatem cum Dialectica, etiam ea quoad etheductionem nominis. Probatur. Quia deduximus nomen Rhetoris ano τὸ εἰδιν λέγειν, quod sciat fuse loqui, vel disserere. Logos enim græcum quod a verbo venit lego, duo significat, præcipuè sermonem et rationem. Dialectica vero originem ex Græcorum appellatione traxit, scilicet a διαλέγεσθαι quod significat disserere, vel sermone uti, qua nominis sui explicatione efficitur vnum Dialectica cum Logica. Quia eadem via Logicæ est deductio

a verbo λεγειν, quæ et a διαλεγεσθαι. nec vnitatem hanc dirimit particula δια, neq impedit dictio Rhetoricæ explicationem a verbo λεγειν, quia τὶς ῥητόρικὶς non tam a verbo dicere venit, quam a ῥεῖν, quod est fusè dicere: adeo vt idem apud antiquos, et maxime Athenienses, fuerint oratores quod Dialectici, hoc solum nomine distincti inter se, quod Dialectici illi principaliter essent, qui contractè et breuiter disserrerent, illi vero Dialectici Rhetorum nomine appellarentur, qui fusa aliquid probarent oratione. Et hæc interpretatio, P. Francisci Mendozæ in Viridario sacræ ac profanæ eruditionis lib. 5. problemate 51, quod a Græcis Oratoria facultas dicta Rhetorica, apud Latinos ab elocutione dicatur. Cur ergo non Rhetor magis dicitur eloquens Orator? non aliud causa esse puto quam quod a λεγειν Rhetores eloquentes esse, a ῥεῖν fusè loquentes interpretentur. Quod ipsum confirmo, ex Antonii Maioragii commentariis in Rhetoricam Arist. lib 1. qui oppugnando Quinctil. quod definitionem Rhetoricæ, ab Aristotele allatam reiecerit dixit. [Sed hæc vera cauillatio est, perinde quasi nesciret Aristoteles inuentionem sine elocutione non esse Orationem aut Rhetorem, non esse Græcè ab eloquendo nominatum] Rhetor ergo erit idem quod loquens Dialecticus, aut Logicus, sed ea sola ratione discrepabit, a se ipso Dialecticus cum ea quæ eloquetur aliquando compressius, aliquando fusius probabit. Quemadmodum n. Sophistæ non ideo desinebant esse Philosophi, quia non Philosophoni nomine vocabantur, sed id vocabuli munus subierant, vt discernerentur Philosophi inter Philosophos, ~~aut~~ vel Dialectici inter Dialecticos Sophistas, quod ei plerumq aut captiosis callidisq argumentis esse occuparent, aut teste Cic: in Academicis quæstionibus, quod speculatione veritatis non contenti, atq eius liberali explicatione ostentationis aut quæstus causa Philosopharentur. Idem etiam gaudebant nùe Rhetorum, quod ea quæ Dialectica erant argumenta fusè probarent: et non ab' εῖν promere

Barnaw Guido

bantur laudem nominis Rhetorici, quod est dicere, cum hoc sit commune oib, sed a eidir quod sua captiosa dolosaq, argumenta, copiosa eloquerentur Oratione. Qua in re tamen Sophistarum titulo gaudebant, vt appareret eundé ée Sophistam Rhetorem et Dialecticú (cum Sophisma sit species Dialectica argumentationis) & Dialecticum, seu Sophistam, seu Rhetorem, quæ tamen diuersæ appellationes, a diuersis modis dicendi contrahebantur. Grant ergo Sophistæ Dialectici, et Rhetores Dialectici a eidir διαλεγεσθε, et a eidir Sophistæ.

OBIICIES ___ Dialecticum nomen ex Græco apud Arist: primapalatione significat ignoti ex noto patefactionem, quod Rhetorica non facit, cuius tantum est officium ignotum ex noto patefactum fusè eloqui Respondeo 1o Dialecticæ non esse officii fusè loqui, deducta tantum a vbō λεγειν vel διαλεγεσθε. concedo: non esse officii fusè loqui a eidir λεγεσθε nego. Quod idem nomini Rhetorico accomodari potest, si enim Oratoria facultas notum ex ignoto patefaceret in quo alio genere, & qua radice affinitatem contraheret Rhetorica cum Dialectica, si hoc illis commune non esset, cum quod compressius et tribus terminis contextum profert Dialecticus. Rhetor illud idé argumentú assumit, et dilatat inductionib, amplificat exemplis, verborum et sententiarum grauitate adornat. Adeo vt quæ nuda Philosophus in lucē vitam producit argumenta, eadem sibi affinitate, et quodam sanguine conuincta Rhetor cognoscat, illorumq, nuditatem ornata tanquam veste contegit Oratione, vt recte dici possit sapientiam Rhetoricâ vestiri. Neq, enim alia conditione intra penetralia, diuini ædificii admitteretur, nisi ornamentis Rhetoricæ sapientia se commendaret, adeo, et illi dictum ée putemus. Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata variétate. Tunc enim rapuit omniú oculos et animos ad se conuertit

hunc sapientia in omni libero populo dominata est supereminebatq. Principum dignitate, cum ornamentis Oratoriæ facultatis se magis conspicuam reddidit, ita vt illi merito ex sacra scriptura illud adiici possit: Vestimentum tibi est, Princeps esto noster. Ideoq. Philosophum legimus aliquando iratum fuisse quod conuiuio aliquo exceptus, vltimo loco poneretur inter hospites, cuius rei contemptus processit ex defectu ornamenti Philosophi, quem errorem multare curauit et delere, iterum indutus meliori veste, cum prætermissis conuiuiis, ipsi tantum vesti propinaret, tanquá ei, cuius ratio æstimatioq. haberetur. Verum hæc mulcta non erronum conuiuiani, sed inopiam suam prodidit et multauit. In publicis ergo consessibus sapientiæ vnicum ornamentum et vestis pretiosa Rhetorica est. Argumenta n. Dialecticorum sunt tanquam partus aliqui, et si nudi in hanc lucem effenuntq. qui dum ad conciones magnas Magistratusq. prodeunt, Rhetoricæ magnificentiam, pulcherrimaq. ornamenta illius assumunt, cum teste Salomone, cap. 39. initium necessariæ vitæ Enim sit oleū et vestimentū. Viuere ergo incipiunt argumenta, quoties formantur in intellectu: et dum in conspectum prodeunt, ne appareant nuda, adornantur.

Respondeo 2o, quod cum Logica vel Dialectica, non solum sit rationalis, idq. partim a ratione communi octo actibus intellectus: partim a ratione speciali, nempe illatione. Verum est etiam sermocinalis (quia derivatur a nne λογὸς quod vt dixi supra, sćat ráóné et sermonem) quæ occupata circa ráóné, et se manifestare conatu occupata. simul est circa sermonem. Vnde pro Rhetorica sic sensus optimè facit, quod ignotum ex noto patefaciat, cum sermone conceptus humanos eloquitur, et explicat. Cuius rei præclarum habemus locum apud Cic: lib. 1. de Oratore, vbi dicit. Hor enim

uno præstamus vel maxime fere, quod colloquimur inter nos et quod exprimere dicendo sensa possimus. Quamobré quis hoc iure miretur, summaq; in eo elaborandum esse arbitretur, ut quo uno cæteris bestiis vel maxime præstent, in hoc cæteris ipsis antecellant. Quis ex hac laude eloquentiæ a Tullio allata non conijciat facili negotio, quomodo ignotū ex noto patefaciat, sicut et Dialectica patefacit? et in hoc cum Logica Dialecticaq; conueniant cum Rhetorica, quod tam hæc sermocinalis sit atq; ille, dum vtraq; facultates circa rationē occupatæ per sermonem se manifestare conantur. Verum hoc minus est: per patefactionē siquidem ex noto ignoti, intelligitur illatio et deductio conclusionis ex propositis et præmissis propositionibus. Qua in re non est inferior Rhetorica, vt ex Cic. patet qui dixit. (Vt quo uno cæteres bestiis maxime præstent, in hoc cæteris ipsis antecellat) quæro quid sit cæteris ipsis antecellere? nunquid sapientissimis sententiis grauibusq; verbis ornatā orationem et perpolitam proferre? atqui hoc genere dicendi conueniunt naturalis Rhetorica et artificialis, sicut Dialectica naturalis, et artificialis, in hoc conueniunt quod argumententur et inferant vnum ex alio. Neq; vero ita Rhetorica argumentatur vt Dialectica naturalis. Jam enim ipsis cæteris non antecellere? quid ergo erit quod Rhetoricam & Dialecticam supra cæteros etiam efferet statum? cognitio inquies ex notis ignotum inferendi. Ergo similiter eadem virtus erit Rhetoricæ, quæ supra cæteros vires illam statuet. DICES. quando Cic? ipsis cæteris per eloquentiam antecellere vult Rhetorem, intelligit et comparat homines in omni re rudes, nec perpolitæ sed absq; artificio et delectu verborum simpliciterq; loquentes: quibus præstat Orator qui ex artificio perorat. Neq; enim Dialectici vt Dialectici est perpolitè loqui, perinde si hac laude careat, erit

inter Homines quibus Orator excelleret; quod tamen nemo dixerit. Est ergo sensus Tullii. Excellere Oratorem omnibus ipsis Hominibus, primo, per affinitatem cum Dialectica argumentante reflexe ad artificium, cuius plebs ignara multa inconnexè, sine rerum vera consequentia proloquitur. Secundo, quia cum ignotum ex noto patefacit, hoc ampla sapientiq; oratione perficit, quod supra Homines ipsos est, et præterea ornatè eloquitur, quod supra plebeium, tritumq; sermonem excellit. Hæc in laudem Rhetoricæ facultatis ex ipsa deductione nominis satis sint dicta. Iam ad naturam illius veniamus, maioremq; mestè et copiâ laudû Rhetoricæ.

DICO 3tio definitionem Rhetoricæ patere quo ad rem. Est autem ars bene et ample dicendi, ita ut per artem bene dicendi, conveniat cum Dialectica et Grammatica: per amplitudinem vero differat. Cum tamen Boarius definit Rhetoricam per artem bene dicendi, nec ultra aliud definitioni addit; intelligo particulam (bene) sumi ab illo latissime, quatenus et cum dictione rationabili Dialectica, et cum dictione recta Grammatica, et dictione artificiali Rhetorica comparari potest.

DICO 4to, quia ex deductione nominis Rhetoricæ multa facultati Oratoriæ attribuimus, quæ ex nomine Dialectica et Logica accepimus, eo quod eandem stirpem ex Græco ετο λογο affinitatis eiû ostenderimus, iàm infero et laudare incipio. Omnes ii qui ex Aristotelis Græco idiomate Dialecticam cum Logica conciliant, et unum quid esse probant, adjiciunt Dialecticæ maxima elogia, ut illa sit, et scientia practica, et ars et facultas. Sequitur etiâ ut cum eloquentiam in eodem verbo fundatâ ẽe reperierimus, in eâ patè laudis illam admittamus, nec alio nomine præter quam scientiæ practicæ adornemus: imo ut liberaliores ex illius amplitudine erga illam ipsam esse

facti videamur

fuisti videamur, eloquium et scientiæ, et artis, et facultatis adscribemus. Pro scientiâ usurpata laude habeo ipsum parentè eloquentiæ Cic: qui in Dialogo partitionum Oratoriarum Græcè conscriptarum dixit Rhetoricam ēē aliquam scientiam, cui in Latino idiomate explicatio Græci textus nihil ita laudanti Rhetoricam officit, quia non scientiæ nūne sed rationis dicendi Rhetoricam appellavit, cuius verba sunt [Studeo mi Pater latine ex te audire, ea quæ nihil tu de ratione dicendi Græce tradidisti] Hæc n. dictio [ratione] posita est in locum nūnis scientiæ: at ipse Antonius Mancinellus textum interpretatus est, in hunc sensum. [De ratione dicendi. Bene Græcum ūbū expressit. Nam quæ Rhetorica Græco nūne dicitur, ea latine ratio dicendi rectissimè dici potest] Nihil n. est etiam aliud Rhetorica, quemadmodum ait Quinctilianus, nisi bene dicendi scientia].

Jam vero suppositis sententiis decertantibus pro dignitate Dialecticæ, quæ illam ceperunt ad nomen et naturam scientiæ: tum patebit ex deductionibus præmissis, eundem quoq; honorem debere offerri Rhetoricæ, quia idē est cum Dialectica.

Hæc dicta clarius adhuc illustro. Quoties dixi Dialecticos esse Rhetores et Sophistas, toties intellexi debere ab omnibus sciri Philosophos Dialecticos diuisos fuisse in tres classes. Quarum prima fuit principaliter, et Antonomasticè nūne Dialecticorum dicta, qui graui argumentationum et speculationum compresso genere, nec ornato in Philosophia utebantur. Secunda fuit Dialecticorum quæ præter hunc modum argumentandi maximè excellebat in argumentatione Sophistica, captiosis videlicet et dolosis Syllogismis, et ab eor modo disputandi classi hæc attributa est nomine Dialecticōrum Sophistarum. Tertia fuit et est modo classis quæ modum argumentandi scientificum et Sophisticum per argumentationes sententiarq; ornatas et graues, unde ab eor modo disputandi, nomen accepit Dialecticōrum

Rhetorum et Sophistarum Rhetorum. Et sine patet affinitas Rhetoricæ cum Dialectica mutuaq; argumentorum accomodatio, propter quam Rhetorica hæreditario quodam iure omnem consequitur dignitatem Dialecticæ, adeo, vt si hæc ex natura sua promereatur nomen scientiæ, et illa similiter eodem debeat gaudere. Non adfero hic loco ullas probationes Logicas, quibus declarem Rhetoricam esse scientiam, quia et falcem in alienam messem non licet mihi mittere, et satis est probationum, ex comparatione facta Rhetoricæ cum Dialectica, vt quidquid huic adscripseris, illi quoq; de certitudine et euidentia per infallibilem demonstrationem comparata, attribuendũ esse necessario animaduertas. Verum hæc in laudem Rhetoricæ scientiæ placuit elaboratum dixisse. Elogium hoc quod ausi sumus hactenus Oratoriæ facultati adscribere, occultare & denegare propter vim et ius affinitatis illius cum Dialectica non potuimus.

Quod vero Rhetorica sit ars iam nulla ex consensu otium eget probatione, sed tantum adjecto ope artis suæ id præstari, quod ea omnia quæ Philosophia vere quidem sed simpliciter profert argumenta, fiant magis probabilia et splendidiora meliusq; formata et exculta. Vt enim in operibus ab arte fabrefactis contingit, aliquando materiæ quantumuis nobili artificium præluceat, vt multis potest exemplis confirmari. Nam Alexandri statua quam Lysippus ex ære fabre fecit, multisq; eximii artificii operibus lineamentisq; nobilitauit, maiorem habuit commendationem apud omnes, quam alterum eiusdem Alexandri simulacrum, ex auro pulcherrimè conflatum, nullis tamen artificiosi scalpelli notis insignitum. Rursus: augustissima illa solis regia plus dignitatis et elegantiæ sibi conciliauit ex varietate picturarum et cælaturarum pulchritudine, exteriq; artis ornamentis quam ex auro, ebore, ac reliqua pretiosiore materia, ex qua confecta et elaborata erat, canente Poeta;

Materiam superabat opus nam Mulciber illic
Æquora cælarat, medijs eingentia terras

sic etiã in Rhe

Sic etiam in Rhetorica contingit, vt verborum vbertas, sententiarum splendor, ipsius denique styli nitor maiorem prorsus dicenti gloriam importet, quam argumenti gravitas. Vnde non sine aliqua laude arti Oratoriæ dari potest illa Aristotelis ex 6. Moralium cap. 4. definitio, quod illa sit habitus aliquis cum vera ratione effectivus eorum, quæ & esse et non esse possunt, quorumq; principium est in eo qui facit non in eo quod efficitur. Nunquid vero aliqua ratione hæc artis definitio potest Rhetorica denegari: quæ vt efficiat opera sua est virtus quædam intellectus, et hæc effectiva est operum suorum cum ratione. Neq; enim oratione Dialecticâ, copiose et ex artificio prolatam formabit asinus: nisi forte propter asinam Balaam quæ sapienter aliquando locuta est, cogitemus elocutionem alteri inesse asinis. Tum præterea est eorum aliquis adornans animum habitus, quæ principium habent in nobis non in se. Quis n. dubitauerit Orationes Rhetoricas extra Enem erumpere, sicut fungos in syluis? aut non ducere genus ab aliqua sapientia Dialectica per propagationem, sicut nos ducimus ab Adamo.

Vltimum est vt quia incepimus esse liberales in Rhetoricâ, facultatis etiam naturam et ornamenta pro illius dignitate impendamus. Nomen facultatis varie accipi potest. 1mo pro potentia naturali, qualis est vis intellectus aut voluntas: 2o, pro quolibet habitu animæ inhærente, quo illa ornata possit suas actiones exercere: et accipit Arist: 1 moral: cap. 1. 3o, pro habitu qui in vtramq; partem de quacunq; materia proposita possit disputare disputare. Ex his tribus acceptionibus facultatis, vltima est propriissima: et hæc Rhetoricæ conuenit. Probatur authoritate Arist: 1. Rhetoricorum [Est igitur, inquit, Rhetorica vis quædam ac facultas videndi, quid in quaq; re sit ad persuadendum accommodatum] Omnia ergo subiecisse Oratori videtur Aristoteles cum dixit vim esse videndi, quid in quaq; re possit esse persuadibile. Quæ sententia fuit etiam Gorgiæ Leontini, de quo vir Cic: 3 de Inuentione.

Nam Gorgias Leontinus antiquissimus fere Rhetor omnibus de rebus Oratorem optime posse dicere existimauit. Sensit Cor etiam ipse Cic: qui in proemio libroru de Orat: sic ait, Ac mea quidem sententia nemo potest esse omni laude cumulatus Orator, nisi fuerit etiu rerū magnarū atq; artiū scientiā consecutus. Et Crassus I. de Orat. Is erit Orator mea sententia Cor tam grauis dignus nre qui quacunq; res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter, et composite ornate, et memoriter dicat, cum quadam etiā actionis dignitate.

Probatur 2o ex Arist: qui 1o Rhetoricoru, cap. 1. dixit solum Dialecticā cum Rhetorica contraria syllogismo concludere et eqquè ambas — esse contrariorum. Hinc facultatis definitio duo in se complectitur: 1o vim dicendi de quacunq; materia proposita: 2o, vim quae in omni materia proposita possit disputare vel dicere in vtramq; partem. Haec duo Rhetorica habet, quoad primum patet, ex eodem Arist: qui dixit. [Rhetorica vero de omni pene dicuntur proposita quaestione] Quoad 2um iam ex eodem probatum est cū ostendimus Dialecticā et Rhetoricam aequo ambas esse contrariorū, adeo vt non ideo inferenda sit, eas facultates esse ita contrariorum, vt in vsu contra se demonstrent contraria, sed quod facultates sint, id est, potentes contraria probare. Et Cor ipse Philosophus citatus vult, cum ait [Deinde vero contraria oportet posse persuadere dicendo: quemadmodū etiā in Syllogismis ac disserendi ratione fieri solet: non vt faciamus etenim (nam mala persuadenda non sunt) ne sed ne nos lateant, quomodo haec fieri possint, et cum alii non iuste Orationa utentur, soluere possimus.] Videre igitur non requiri ad facultatem esse in vsu, sed ipsū posse. Ex his.

Dico 3o. Rhetoricae dicendum non esse verba. Ratio est, tum quia nihil Rhetorica de verbis et verbis ait: tum qā verba in corpore Orationis

sunt tanquā p.

sunt tanquam partes integrantes ad instar membroñ, in corpore Physico positorum. et sunt tanquã aliquid ab extra adsitum, non vero omnino rem Oratoriam constituent. Neq; Cic obest nobis locus ex Ciceronis Bruto seu Oratore, ubi dicitur, quo fit ut verã illã et absolutam eloquentiã nemo consequatur, quod alia intelligendi, alia discendi disciplina est, et ab aliis rerum, ab aliis verbõñ doctrina q[uaeratur] Hoc n. loco docet Cic. quod magna sit difficultas in assequenda perfecta eloquentia. Rationẽ dat quia cum res disciplinæ inter se differant, disciplina videlicet intelligendi, et discendi: Alii sunt qui disciplinam dicendi constituunt in verborum doctrina neglecta disciplina Philosophica: Alii vero destituti auxiliis Oratoriæ facultatis, intelligendi disciplina tantum occupantur. Vnde Cic probat difficultatem Oratoriæ artis, quod composita sit ex disciplina intelligendi et dicendi. Hoc ipsum confirmat ibidẽ, itaq; M. Antonius inquit, cui vel primas eloquentiæ patrum nostrorum tribuebat actas, vir natura peracutus, et prudens, in eo libro quẽ nuñ reliquit, disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. Insidebat videlicet in eius mente species eloquentiæ, quam cernebat animo, re ipsa non videbat. Tradit autem Valerius maximus lib. 8. cap. 9. Mar. cum Antonium tanta eloquentia præstitisse, ut cum a Mario et Cinna inimicis ad eum obtruncandum missi fuissent, sermone eius obstupefacti districtos gladios semouerit: donec P. Antonius superueniens eum interfecerit. Hic ergo laudatus a Cic: M. Antonius neminem dixit se vidisse eloquentem, quoniam disertum eum esse statuebat, qui ex communi sensu ornate posset et copiose dicere: eloquentem vero qui non tantum ornate sed etiam sapienter et docte de oibꝰ rebus verba facere posset. Ideoq; Cic, se Oratorẽ factũ non ex Rhetorũ officinis, sed ex Academiæ Philosophorum spatiis exstitisse affirmat, vtrumq; ergo coniungendum est, et Philosophiã et Rhetorica, quod ipsum præstabat diuinus Plato, quem tradunt pretiosis vestibus delectari solitum, vt eximiæ sapientiæ, cor-

ponis etiam ornatus accederet, Quod similiter de Aristotele Platonis discipulo legimus

Dico 6to, res omnes non esse obiectum Rhetorice, Probatur. Quia Rhetori de rebus nihil agit, nec illarum naturam considerat. Dices Arist. et Cicero et multi alii res omnes assignarunt pro materia orationis. Ergo respondeo assignasse illos pro materia remota non proxima. Dicunt enim et volunt liberè vagari eloquentem, et in immenso rerum omnium campo decurrere, debereq; oia quæ sunt in hum vita quæsita, audita, lecta, disputata, tractata agitari ab Oratore, non aliter atq; a Dialectico, qui de omni re potest argumenta sua formare: neq; tamen sequitur, apud Dialecticum debere pro obiecto proximo statui res oes. Et quoties legimus in Arist, vel Cicerone, qd ab ore debeant oia exagitari: intelligendum est, primo hoc sensu id ab illis dici, qd res quæcunq; in aliquam disceptationem venire potuerint, de iis consilium et explicatio per orem fieri debeat, vel 2do, quod cum omnia Oratoris esse volunt, intelligendum éé, ói arte et scientia et politia debere instructum éé Rhetorem. Ita M. Tullius in Oratore. Non solum, inquit, acuenda nobis atq; producenda lingua est, sed onerandum complectendumq; pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate. Nec alia est causa, quare Ulisses eloquendi scientissimus fingebatur ab Homero non primoribus labris cadere, sed et alto pectoris recessu orationem trahere, ubi suam sapientiæ sedem collocarat.

Obijcies. Cic pro obiecto Rhetorica statuit ciuiles quæstiones. Respeo pro obiecto remoto non proximo. Respeo 2o ói statuit ciuili pro obiecto ciuiles quæstiones non Oratori, vt óri abstracte sumpto. Clarè enim é in Arist, et in ciceronis óra, quod Aristoteles duas partes assignabat Rhetoricæ, videlicet Dialecticá et Ethicá, seu politicá, ex quibus Rhetoricam

compo.

compositit, et ab illis abstraxit.

Dico 1mo, Obiectum Orationis seu Rhetoricæ esse orationem Rhetoricam completè perfectam. Probatur, quia, et Dialecticæ obiectum est syllogismus demonstrativus, topicus, Sophisticus, enuntiativa Oratio, definitur, a quibus Oratio communis in definitionibus posita, sub nomine Orationis abstracta constituit obiectum Dialecticæ orationem logicam vel Dialecticam. Probatur 2do, quia nihil est aliud Oratio Rhetorica, nisi Dialectica propositio, quæ gaudet orationis nitè in secunda operatione intellectus, vel propositio apud Rhetorem fit fusa, apud Dialecticum verò, suis tantum terminis compressa et expressa. Probatur tertio, quia illud est obiectum Rhetoricæ, et quidem principale attributionis, ad quod omnia quæcunq; tractantur in Rhetorica referuntur, sed ad Orationem omnia referuntur quæcunq; tractantur in præceptis Rhetoricæ. Hinc collige obiectum Rhetoricæ non male dici, causam, quæstionem, propositionem, sed melius exprimi, communi nomine Orationis. Convenit verò hæc obiectum per nomen Orationis, cum obiecto Dialecticæ, &c. Differt per id quod sit Rhetorica oratio, quia illa ex sua natura compressa, hæc fusa esse necessario debet.

QVÆSTIO SECVNDA

An sint; et quæ principia Dialectica obiecti Rhetorici, videlicet orationis Rhetoricæ.

Dico 1o dari aliqua principia Orònis Rhetoricæ. Quia dantur aliquæ partes in oratione Dialectica vnde Oratio Rhetorica primo componitur.

Dico 2o. Subiectum et prædicatum esse partes seu principia Dialectica orationis Rhetoricæ. Probatur. Quia vbi vnum est per modum materiæ, et alterum

per modum formæ, ibi sunt partes seu principia Dialectica Orònis Rhetoricæ. Sed in Rhetorica oróne subiectum est per modú materiæ, et predicatum per modú formæ; Ergo in Rhetorica oróne sunt partes seu Dialectica principia orationis Rhetoricæ. Patet propositio minor, quia datur aliquid in Rhetoricis quæstiónibus, causis, definitiónibus, Dialecticè unum tanquam id in quo, et aliud tanquam id quod non in, vt v.g. Cicero est Orator. Cicero tanquam id, in quo, Orator recipitur: Orator tanquam id quod in Cicerone. Scripturo ergo Orationem primo vtelligendum est subiectum, et predicatum. Sor enim modo materiam pro inuentione magis copiósam quisq; colliget. Cuius rei exemplum cum multis locis offerat nobis Cic. tum ex illis nos ex vna óne Cic. dicta pro Roscio Amerino eligimus ex quâ sit hæc propositio. Roscius Amerinus Patrem occidit, ibi Cic: 3o exaggerat prædicatum, occidit, ex cuius occasione primo argumentatur, a definitione parricidii illius pœnis &c. Tandem examinat subiectum, videlicet Roscii Amerinú, illius vitam, mores, occupationes, affectus &c. Vnde ex his rebus oibus deducit oróne copiosá et eruditam defensionem.

Dico 3o, præter subiectum et predicatum, esse alia principia Dialectica, seu partes Dialecticas Orònis Rhetoricæ, videlicet, syllogismum, Entymema, Epicherema, Inductionem etc. Probatur. quia in his propositiones maiores & minores sunt per modum materiæ quibus conclusio inducitur per modú formæ alterius.

QVÆSTIO TERTIA

Quæ sint principia Rhetorica, vel partes Rhetorica, quarú vnú sit per modum materiæ, et alterú per modum formæ Rhetoricæ, obiecti, seu Orònis Rhetoricæ.

Dico 1o, Inuentionem esse principium per modum materiæ in óne Rhetorica. Ratio est, quia illud est per modum materiæ cui forma superinducitur

Rhetorica, sed inuentioni superinducitur forma Rhetorica, ergo illa est principium per modum materiæ Rhetoricæ.

DICO 2°, Omnes modos argumentandi Dialecticos, Iuridicos, Politicos, eé's leges, Historias, eruditiones, similitudines, etc. éé in orone Rhetorica per modú materiæ Rhetoricæ. Probatur. Quia ex eis oib9 et illi similibus inuentio Rhetorica componitur. De qua in eodem sensu sufficientissime disseruit Aristoteles libris 2. Rhetoricis. Neq; obstat in Oratore ad Brutú Cic. quod inuentioné negarit esse partem propriam orónis. Ibi enim intelligendus est loqui de inuentione in materiis et orónibus particularibus habita, quarum sicut materiæ illæ non sunt oróris proximæ, ita et inuentio. Deinde cum dicit non esse parté propriá orónis inuentioné sed éé etiá oib9 artib9 communé, tum loquitur Cicero de Inuentione non strictè sed latissimè sumpta, quatenus etiá et nomen Materiæ oib9 artificib9 accomodari potest, nec tmn inde concludatur nám Physicam corporis Physici, non esse partem essentialé substantialé. Alterum est quod occurrit, quare Cic: dixit Inuentioné non éé propriá Oratoris, quia cum duplex sit Inuentio, altera videlicet Dialectica, et altera Politica, seu etiá Rhetorica; per eas utrasq; tanquá in materiis Dialectico et Politico communibus Rhetoré dixit conuenire: Nec tamen per illam obiectum Rhetoricú voluit distinguí, ab obiectis alioní habituú: et non dissimili ratione, in materia Physica corporis Physici argumentari possumus. neq; n. materia Physica facit et constituit speciè corporis Physici, quæ oib9 formis est quasi commune quoddá hospitium, quarum ubi aliqua illud semel possederit, iure naturæ proprium éé probat, et ab aliis speciè diuersú edificat.

DICO 3°, Elocutionem esse principium seu partem per modum formæ Rhetoricæ obiecti Rhetorici, patet conclusio. 1°, quia illa inuentioni superinducit. 2°, quia illa est quæ essentialem constituit speciem orónis Rhetoricæ. Id enim quod constituit alicuius rei speciém, estq; per modum differentiæ, debet etiam esse

per modum forme. Neq; sic contradicere potes obiiciendo amplificationem debere esse partem per modum forme Rhetorice, eo quod illud debeat ee per modu formę Rhetorice, quod dicchi Rhetoricum in ultima differentia constituit. Sed amplitudo seu amplificatio vt dicchi est conclusione 3, quæstione 3ª, constituit obiechi Rhetoricu in ultima differentia, ergo amplitudo seu amplificatio, debet ee per modu forme Rhetorice, non vero elocutio. Contra enim est. Quia cum dico elocutione ee formam Rhetoricam. eo ipso infinuo duplicé sensu elocutionis. Dupliciter siquidem elocutio sumi potest. 1o et Antonomastice, pro copiosa locutione: et sic idem erit amplitudo seu amplificatio dicendi; Hæc vero in sua essentia confirmat et roborat obiectum Rhetoricum. 2o, pro ornata elocutione, et Hæc ex amplitudine fluit quodammodo & sequitur. primu n. est et maxime necessariu, imo naturale obiecto Rhetorico ex di sua esse fusum et copiosum. Probatur. P. quia omne illud quod est materia apud Aristotelem, dicitur turpe quodammodo, et forma pulchrum: Inuentio vero apud nos Dialectica videlicet est quid turpe, et elocutio forma inuentionis videlicet pulchritudo; de qua supra satis differnimus, vbi probauimus elocutione Rhetoricam ee ornamentum argumentorum Dialectice.

Imo non alia Hæc quæstio similitudine magis illustrari potest, quam comparatione mundi et Solis cum oratione Rhetorica. Creauit deus molem sane teste scriptura vacuam, rudem, et inconditam. In principio inquit deus creauit celu et terra. Terra aut erat inanis et vacua. in qua post quam deus omnia elementa certis collocauit locis, suasq; illis assignauit qualitates, ex illarum temperie, et ordine facto celo & terræ tanquam materiæ alicui creatæ et dispositæ formam pulchritudinemq; ornum colorum, cum ex splendore lucis cultum quendam gratiæ, et solem tanquam linguam eloquentiæ indidit, et superinduxit. Ideoq; sine iure quodam creationem cum inuentione: ordine mundi cum dispositione, ornatum elementorum, cum elocutione Rhetorica possumus conferre.

Primo principi
Secundo vt-

PRIMÆ PARTIS

SECTIO SECVNDA.

De materia, seu inuentione Dialectica & Rhetoricæ in particulari, vel de principiis, seu partibus in particulari Dialecticis, et Rhetoricis obiecti Rhetorici.

Nomen et naturam Rhetoricæ facultatis ex alto genere et familia sapientiæ deduximus, cum illius affinitatem vnâ cum Dialectica non tam probauimus quam sufficienter ab Aristotele demonstratam laudauimus, et adornauimus. Diximus de illius obiecto, et in communi attigimus principia, seu partes Dialecticas, Rhetoricasq; obiecti Rhetorici, restat vt in particulari singulas tractemus partes, et primo loco eam, quæ est per modum materiæ inuentionem Dialecticam, vel Rhetoricam &c. Quare sit

QVÆSTIO I.

An? et quid sit Syllogismus, Enthymema, Epicherema, Inductio, &c. principia Dialectica inuentionis Dialectiæ, pro obiecto Rhetorico!.

Dico I esse. Quia Oratio Rhetorica non potest facere fidem, et persuadere, intellectumq; aut voluntatis pertinaciam subijcere, sine argumentorum vsu, quæ sunt inuenta ad faciendam fidem. Prima vero Oratoris cura id eâ parte intendit, vt inueniat argumenta, quibus auditori persuadere possit. Imo ex Aristote. lis lib 1 Rhetoricorum patet, quod ea argumentationes sint inuentæ ad faciendam

fidem. Eos n. inquit Arist: ego Dialecticos et Oratorios Syllogismos voco, qui ducuntur ex locis in quibus latent argumenta.

DICO 2o. Syllogismū spectare ad inuentionē Dialecticā, pro orōne Rhetorica. Probatur auctoritate Cic. lib. de claris Oratoribus, Deinde inquit quot modis quidq; dicatur: qua ratione verum falsumnè sit iudicetur: Quid efficiatur è quoq; quod cuiq; consequens sit, quodq; contrariū] Hæc vero ad eam Dialecticæ partem attinent, quæ iudicandi vias aperit. Imo vt sciamus, quot modis quidq; dicatur, num eadem res variis modis enuntiari possit, qui diuersi quidem erunt, sed non variabunt sensum. Hos modos in Aristotele æquipollentias barbaro vocabulo nominant Philosophi: nos æquales potestates dicere possumus, quæ sunt vel præpositæ, vel postpositæ negationi. vt: Omnis Orator est vir bonus. Nullus Orator non est vir bonus. Non aliquis Orator non est vir bonus. Hæc enim effata eandem habent potestatē, quod scire debet Orator, ne in eis forte decipiatur. Sciendum igitur est, qua ratione iudicetur, verum falsumne sit id quod dicitur. Hoc autē fieri non potest nisi per Syllogismorū resolutionē.

DICO 3o. Syllogismum latino nomine dici Ratiocinationem, quæ quoties non Dialectico more, sed Oratorio tractatur, Enthymema vocatur, eo quod cum in Enthymemate plenumq; singularia includantur, Rhetor illo magis vtatur, quia magis singularia respicit, ita tamen, vt nunquā omittat vniuersalem propositionem. vt. P.G. si Philosophi omnes rerū diuinarum atq; humanarū cognitionē habent. Ergo etiā Socrates, qui est Philosophus. Aliquando vero cum notissima est propositio generalis non adhibetur, sed tamen ab illa emanat omnis vis probationis vt necandus est Lentulus, quia patrem occidit. Nam illud apertum est, omnes patris occisores esse necandos.

DICO 4to. Syllogismū ab Aristotele definitum, esse: Orationem in qua quibusdam positis & concessis, necesse est aliud euenire per ea quæ posita sunt et concessa. Hoc autē fit ex vi termini illius quē mediū appellant, qui positus in.

duabus primis propositionibus, necessariâ infert conclusionem. Hinc etiam fit vt considerare atq; intelligere debeat oŕor, quod cuiq; consequens sint, quodq; contrarium. Sæpe enim euenire solet, vt duæ præcedentes propositiones verè sint, et tm̃n conclusio non sit consequens, at potius contraria. Verum hoc dialectica studio remittendum est. Adijcio tm̃n aliqua de ratione syllogismi. Generalia illa quæ ponuntur in syllogismo, vel necessaria sunt, et semper vera, vt se aliter habere non possint: vt si quis dicat nihil ex nihilo fieri: vel saltẽ eiusmodi sunt, vt maiori ex parte tantum fiant, et raro aliter eueniant, vt si quis dicat, filios a Parentibꝰ amari. Ex his generalibus, vel duæ propositiones fiunt in syllogismis, vt si quis probare velit: óẽ virtutẽ éé magnopere expetendã, necesse é vt duas generales propositiones inueniat hoc modo: Omnis animi habitus, cum rãone conueniens, et animũ perficiens, magnopere expetendus est. Ois aut̃ virtus est animi habitus cum rãone conueniens, et animum perficiens. Ergo ois virtus é. expetenda. Vel vna saltem fit propositio ex generalibus, vt cum Cicõ probare vult iure interfectũ éé Clodium. ita syllogismũ format: Ois insidiator iure interficitur. Clodius fuit insidiator, ergo é iure interfectus. Sed de his propositionibꝰ fusius et clarius Dialectica docebit.

DICO 5to cum Maioragio in Dialogum de partitione oratoria M.T. Ciceronis totam structuram oris Rhetoricæ in Dialectico syllogismo consistere, ex cuius intellectione natura oris Rhetoricæ patet. Est n. syllogismꝰ seu ratiocinatio vnum idẽq; instrumentum Dialectici et oris cum hac tm̃n differentia, quod Dialectici spinosius et prefsius argumententur: Rhetores latius et ornatius disserant. Quod autẽ partes ratiocinatio siue argumentatio contineat, non satis inter Rhetores conuenit: quam alii plures, alii pauciores attribuunt. Cic. et Quintiliang integrã et perfectã argumentationẽ 5 partibꝰ constare volunt, quã prima propositio dicitur, altera rõbatio, 3tia, assumptio, 4ta assumptionis confirmatio, 5. conclusio. Sed tm̃n recto et veriori iudicio 3 tantum partes videntur esse necessariæ, propositio, assumptio. et conclusio. Duæ reliquæ ad propositionis et assumptionis probationẽ ad libentur

Verum breuiter de 1mo modo aliquid doceamus. Prima pars argumentationis propositio dicitur, vnde oís vis conclusionis emanat, vt si quis probare velit, clodium fuisse iure interfectum, hanc poterit formare propositionem: oís insidiator et latro iure interficitur. 2da pars dicitur approbatio, quia propositio confirmatur hoc modo: Natura n. hoc nobis prescripsit, vt oem semper vim quacunq; ope possemus, a corpore, a capite, a vita nostra propulsaremus. 3tia pars assumptio dicitur, per quá id assumitur quod probare volumus; vt Clodius fuit insidiator et latro. 4ta pars, dicitur assumptionis confirmatio: vt palam n. egit, et aperte dixit occidendú éé milonem, seruos aggrestes et barbaros ex Appennino deduxit, qbus insidias miloni struerent. 5ta et vltima pars complexio, siue conclusio dicitur, in qua vel propositioné et assumptionem copulantes concludimus hoc modo: Quod si oís insidiator iure interficitur; et Clodius fuit insidiator, iure igitur fuit interfectus, vel tantú id addimus, quod ex propositione et assumptione conficitur, vt, iure igitur fuit interfectus. Hac ratione possunt orationes quamuis longissimè ad vnam principalem argumentationem reduci: Imo grauis error^{erit} si non reducte fuerint, qua res plurimum prodest, et ad intelligendá arté Rhetoricá & Ciceronẽ imitandum, vt in oratione pro C. Manilia, nihil aliud vult suadere Cic: nisi vt Pompeius ad bellú Mithridaticú mittatur; cuius oínis summá illa vna argumentatio complectitur. Ad bellú Mithridaticú summus Imperator et mittendus. est.n. magnú & periculosum bellú, quod a duobus potentissimis Regibus Mithridate, et Tigrane nobis infertur. Pompeius autẽ summus é Imperator, nam in eo scientia rei militaris est, et virtus, & autoritas, et felicitas. Igitur Pompeius ad bellú Mithridaticú é mittendus. Ita pro Roscio Amerino, cum probare velit a Roscio Patrem non fuisse interfectum, eá affert rationé, quod Roscius vitæ rusticæ deditus esset, fiet igitur huiusmodi argumentatio. Qui vita rustica delectantur nullo

Scelere

scelere, nullis flagitijs imbuti esse solent sed probatis moribus praediti. Est q. ea vita disiuncta a cupiditate, et cum officio coniuncta Parsimoniæ diligentiæ, iustitiæ magistra. Roscius aut in vita rustica educatus fuit, eum enim pater suus ruri esse volebat, vt rerũ familiariũ curã haberet, et diligens paterfamilias euadèret; nullo igitur scelere imbutus est, ita neq; de parricidio cogitauit.

Interdù probationes prætermittuntur vel ambæ, vel altera tantum: cum altera tantù probatio prætermittitur, fit argumentatio quadripartita. vt si probationẽ propositionis relinquamus hoc modo. Hostes patriæ sunt bello persequendi. M. Antonius hostis est patriæ, nam vindices libertatis odio prosequitur, leges euertit, res iudicatas frangit, Regum dominatũ appetit. Est igitur bello persequendus. Vel si dimittamus assumptionis probationem, hoc modo. Qui contra leges a se nominé occisum éé fatetur, ei nefas est lucem intueri: Nulla enim esset legum utilitas, nulla potestas, nulla reuerentia, q illas violant, debitas luant pœnas. Sed Horatius sororem a se contra leges occisam esse fatetur. Igitur ei lucem intueri nefas est. Cum vero ambæ probationes prætermittuntur, tunc tripartita fit argumentatio, vel vt vno vtro dicam, ipse vnus est Syllogismus, sine vlla probatione maioris et minoris propositionis vel (vt Rhetorica loquimur) omissa probatione propositionis et confirmatione assumptionis: hoc modo, Qui contra seditiosum Magistratum arma sumunt, ii maiestatem non imminuunt, C. Rabirius contra Saturninum seditiosum Magistratum arma sumpsit, non igitur maiestatem imminuit. Atq; hoc modo conficiuntur orationes.

Dico ẽtõ, Enthymema multis modis dici, Aristoteles lib. 1. Rhetororum, ait esse corpus fidei faciendæ. communiter vocatur. Quod ipsum tribus modis accipitur. communiter proprie et maxime proprie, communiter vocatur Enthymema, ẽs ab oratore præparata, ad probandum materiam, siue illa necessaria sit, siue probabilis, siue artificiosa, siue aliis expers. Cum enim Rhetorica Dialectica quasi ex altera respondent parte, sicuti Dialectica commune instrumentum dicitur esse

Syllogismus, ita etiam Rhetoricæ, commune instrumentum dicitur Enthymema. quod nihil aliud est quam Oratorius Syllogismus. Quod etiam in Topicis Cicero docet, cum ait: Omnem sententiam apud Rhetores proprio nomine Enthymema dici, quod idem est, ac si dixisset, oem rationē ad probandum sumptam. Hoc apertius Quinctilianus lib. 5. declarat, cuius verba hæc sunt Nam Enthymema unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat. et alibi sic ait: Igitur Enthymema et argumentum ipsum, id est, rem quæ probationi alterius adscribetur appellant, et argumenti elocutionem. Sed quidquid velit hæc conclusio.

DICO 1mo. male a Maioragio et cæteris Autoribus Aristotelis quo ad communem significationem Enthymema explicatum esse: dicunt enim illi, quod Enthymematis sit acceptio communis. Ideo quasi Aristoteles dixerit, Enthymematis nomine communiter accipi, quidquid probatione Rhetorica continetur, cum etiā exemplum Enthymemati subjciat, sic enim ait: Vt nos, inquit Maioragius, conuertimus. Ea è quibus Enthymemata fiunt, q. numero sunt, probabile, exemplum, indicium, signum. Probatur conclusio, qa Aristoteles post quam dixit, Ea ex quibus Enthymemata fiunt q. numero éé. Non intellexit illa communi Enthymematis nōne vocari: Sensus n. illig fuit, q. videlicet éé locos plerumq; Enthymemati communes, vt: probabile, exemplū, iudiciū, signum. Nam quæ constant ex eis quæ plerumq; fiunt ita, vel fieri videntur, ea sunt ex probabilibus, quæ autem inductione constant, ex vno simili vel pluribus, hoc est, cum quis posita generali propositione, vult illam ex singulis probare, videntur esse ab exemplo. Quæ vero constant ex necessario signo, sunt ab indicio, quæ deniq; fiunt, vel ab generali signo, vel singulari, siue illud verum sit, siue non: sunt tamen a signo. Jam vero non debet vocari, id nomine eo quod ex aliquo est, esse id ex quo est, vel id quod ex illo est, quia impropriè imò omnino falsò dicitur, corpus v.g. quod est ex materia et forma, esse aut materia, aut forma: Item falso diceretur, quia corpus est ex materia et forma, ideo, vel materia vel forma est corpus. Quilibet enim ipso dictante lumine rationis

negabit se

negabit Cor. Neq; aliter apud nos visum est oppugnare Antonium Maioragium, cum non ideo q. illi loci debeant Enthymemata vocari, quia ex illis plerunq; Enthymemata fiunt. Nam eo modo etiam omnes loci ex quibus Syllogismi fieri et deduci possunt omnes materiæ illorum deberent Syllogismi appellari? quod nemo facile, imo nunquam concesserit. Huc accedit quod Aristoteles artem eã qua Topica dicitur Enthymematum elementa complecti dixerit. Ergo elementa non sunt id, quod ex illis est: Sicut nec elementa q mundi, appellari possunt nomine mundi; nec elementa ex quibus syllaba vel oratio componitur, iure mento gaudere possunt nomine syllabæ, vel orationis. Neq; item elementa mundi q. ex quibus omne sublunare corpus permiscetur, et constituitur, vocabuntur corpora. Vnde cum Enthymematicus Orator dicitur, Cor fit ex eo fundamento maxime, qa Or aliquis perpugnax atq; argutus est in disputando, et ex q. locis enumeratis paest optime Enthymemata deducere

Quæres 1o, quid sit, quod Aristoteles & Cicero Enthymema dixerint ée argumenti elocutionẽ vel explicationem. Rndeo. Argumentum illo loco accipi apud illos pro quæstione, propositione, seu materia orationis, cuius explicatio e et quasi brevis elocutio, vel Syllogismus, vel Enthymema

Quæres 2o, quid sit quod Enthymema accipiatur apud Ciceronẽ, pro argumentatione ex contrariis conclusa. Rndeo cum Antonio Riccobono de Enthymemate cap. 8. Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi Enthymemata appellant, non quod eis sententiã propriè Enthymematum nne dicatur; sed vt Homerus propter excellentiam commune Poetarum nomen effecit apud Græcos suum; sic cum eis sententia Enthymema vocatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficitur acutissima: sola propriè nomen possedit commune. Eius generis hæc sunt, Cunc metuere, alteri in metu non ponere, eam quam nihil accusas, damnas? bene, quam meritam ée dicis, existimas male mereri? id quod scis, prodest: nihil id, quod nescis, obest.

Obijcies Aristoteles et Cicero sententias vocarunt Enthymemata. Ergo etiam probabile exemplum &c. erunt Enthymemata. Rndeo. dupliciter sumi Enthymematis nomen ex Græco: 1. pro conceptione mentis, 2. pro argumentatione. vndè quia plerumq; mentis conceptio, per excellentiam acuta, et arguta, nervosaq; solet apparere in sententijs, et maxime a contrario ductis: ideo vocarunt sententias sine Enthymematum, quasi mentis conceptiones singulares et ingeniosas: non vero contulerunt illis strictam et propriam Enthymematis acceptionem, quæ sc̃at argumentandi formã Dialecticã. Nam hoc ipsum quod ex Riccobono attuli, affirmat Benedictus Herbestus Neapolitanus in definitione pericli: ex qua Riccobonus descripsit caput de Enthymemate, et quidem fideliter, qa nullum omisit, aut immutauit. Verum voluit profecto inijcijs apparere erga aliam nisi ex hac parte, quod descripta ex altero, apud se non citarit, ne agnoscerentur non sua fuisse, sed aliena ornamenta. vnde non mirum est, quod non exactè Enthymema proposuerit in sua Rhetorica: Imò qa non inuenit definitionem Enthymematis, illã non attulit, sed attulisset, si ab Herbesto posita fuisset. Jam vero nostræ responsioni explicationem Enthymematis similẽ in Carisino reperio lib 6. cap. 26. Enthymemata Rhetorum inquit sunt iacula. Atq; Enthymematis quidẽ magnus est vsus, cum præsertim ꝯes ingenij notiones, et sensa, a Græcis vocentur Enthymemata. Nec alia fuit mens Alcidis, cum Enthymema nominauit inuentionũ fœcunditatẽ, sermonisq; vberem facilitatem. Magis ergo arctè dicuntur Enthymemata, quæ sunt ex contrarijs conclusa: vt enim illa acutissima sunt, sic Enthymematis nomen sibi vendicant

Quæres quid tandem sit, quod Enthymema multis modis dicatur, et maxime, quod Orãius syllogismus vocetur, cum Enthymema differat a syllogismo: tum quia si oratio Rhetorica componitur Dialecticè ex syllogismo, vt supra dictum est, qua ratione Enthymema erit, oratorius syllogismus? Respondeo. cum

Enthymema nihil sit aliud quam imperfectus syllogismus, et Rhetores maxime Enthymemate, quam perfecto Syllogismo in dispositione utantur: fit vt propter eâ consuetudinem vsus Enthymema vocetur Oratorius Syllogismus. v.g. sit hæc materia Orationis Rhetoricæ Dialectica, seu modo Dialectico proposita. Zbigneus Princeps frater Boleslai Regis est occidendus, tunc probatio succedit Dialectici syllogismi ex dispositione Rhetorica. Proditor patriæ è occidendus, qa oīs occultus hostis occiditur, qui sub amici vultu prodit patriam. Jam et hoc Syllogismo in his duabus propositionibus latente sequitur apud Rhetores, altera pars Orōnis quæ dicitur assumptio, quia id de quo oratio suo iam loco resumitur, et quidem tota illa structura syllogismi in Enthymemate repræsentatur. Vnde fit et Oratio Rhetoris Enthymemate conficiatur. Sic v.g. ré assumitur materia orōnis quæ assumptio dicitur, et Princeps Zbigneus frater Boleslai Regis est proditor patriæ. igitur est occidendus

Dices per assumptionem et Conclusionem datur assumptionis confirmatio, Ergo ibi erunt tres propositiones. Ergo non Enthymema, sed Syllogismus latebit. Rndeo, quod lateat ibi quidem syllogismus, sed pars Orationis posterior et principalior tantum Enthymemate explicatur. Nam Confirmatio Assumptionis istius prædicati. Proditor patriæ, est dilatatio, explicatio, enumeratio. Cum v.g dicitur, Princeps Zbigneus frater Boleslai Regis, est proditor patriæ, quod patet, quia consilia hosti euulgauit, literæ eius consilia prodentes sunt interceptæ, hostes ad castra noctu duxit, vbi in tumultu et irruptione hostium detracta fuit &c. quod totum idem sonat, atq; prædicatum scr. Proditor patriæ.

Neq; mirari vllus debet, quod in explicatione Enthymematis fusior sim, cum videam Quintilianū, Maioragiū, Hermogenē, Causinum, Herbestum, et singulariter Riccobonum aliosq; de Enthymemate differentes, et singulos ex singulis describentes, nec tantas quas illi ipsi peperunt difficultates, et perplexitates circa Enthymema diffidentes

et a nemine naturam Entymematis definitam esse. Singuli cũ oĩbꝫ, et oẽs cum singulis, Entymema dicunt esse Oratorium syllogismum, et quid sit non explicant, veritates adumbrant, non illuminant: nisi forte contenti sint ipsa veritate propositionum, quæ lumen est. Verum hoc lumen non ostendunt nobis tenebras in illorum doctrina palpantibus, plus quam Cimmerias, quia forte aliquo acumine ratiorum feriuntur illi ipsi, nec in hanc lucem oculos mentis intendere possunt. Hæc præcipuè Riccobono dico, qui ibi disertus apparuit in doctrina Oratoria Ciceronis, vbi Cyprianum Soarium perstrinxit. Sed tali præceptore non indigebat orbis quem deprehendit plurima ex Herbesto abstulisse: Nisi ita fiat, quod Sarcasmos ab Herbesto vel aliis contra Cypriani illiusq; sectatores descripserit. Vatem profecto Herbestum, et alium quempiam Fabuissemus non Rhetorem, qui diuinasset, de Rhetorica Cypriani, et ipso Cypriano eam in orbe scripturo.

DICO 8º. Entymema ẽe ōnem seu syllogismum compendiosum, in quo aliqua propositio non quidem omnino deest, sed latet. Itaq; impropriè vocatur Entymema, aut syllogismus imperfectus, aut syllogismus truncatus. Totum enim est in Entymemate, quod in syllogismo perfecto, præter quam quod non expressè ponatur propositio tota, vel maior, vel minor: Cum tñ in Conclusione, vel est prædicatum antecedentis, vel in antecedente est subiectum maioris. vt. 1ª. prioris dicti exemplum sit: Omnis proditor est occidendus, Ergo et Princeps Ebiganus est occidendus. Posterioris vero dicti exemplum sit, vt. Ebiganus est proditor. Ergo Ebiganus est occidendus. In priore exemplo deest Minor: Sed in Conclusione, é minoris subiectum, et maioris prædicatum. In posteriore exemplo deest maior, sed illius subiectum, quod vocatur medius terminus, est in antecedente pro prædicato: est prædicati maioris, in prædicato est Conclusionis.

DICO 9. Epicherema ab aliis dici aggressionem, a Cicerone ratiocina-

tionẽ, et alij

tionem: et argumentationem ab Hermogene: Definitur a Quintiliano lib 5. cap. 14: esse argumentum ipsum seu rem, quæ probationi alterius adhibetur, vel argumenti explicationem. Verbo vno dicam. Illa structura Dialectica Oronis conclusione ō. Cuius quæstionis posita, et ex 5 partibꝫ composita: Propõne videlicet, approbatione, assumptione, Assumptionis Confirmaõne, et Conclusione, seu complexione: cum non habeat certum nomen, et vocabulum, quo Græce ab aliis argumentum distinguatur, debet appellari Epicherema. ———
Nam ratiocinationis. et argumenti dictio tam Syllogismo, quam Enthymemati, et Epicheremati seruit. Quod vero illa constructio Dialectica Oronis Rhetoricæ, Epicherematis nõne gaudere debeat, patet ex lib 5 cap. 14 Io. Quintiliani dicentis: Aliis videtur inquit, non destinatam vel inchoatam, sed perfectã Oronẽ Eor nomen (videlicet Epicherematis) accipere et vltimam Speciem. Ideoq; partes illius cap. 14. assignat, qbꝫ statim adfert discrimen, inter Enthymema et Epicherema. Verba illius restro [Epicheremator et q. et ō. apudq; aliquos ō. etiam partes sunt factæ. Cicero maxime 5. defendit, vt sit propositio, deinde ratio eius (quæ vocatur alibi approbãõ) tum assumptiõ, et eius probatio, quæ vltio nõne dicitur Confirmãõ, 5ta complexio, vel aliter Conclusio. Quia vero interim et propositio non egeat rationis, et assumptio probatiõnis, nonnunquam etiã complexione opus non sit, et quadripartitã, et tripartitam et dipartitam quoq; fieri posse ratiocinationẽ mihi et plurimis authoribus nihilo minus, 3 ad summũ videntur. Nam ita se habet naturã, vt sit de quo quæratur et per quod probetur, tertiũ adhuc possit, velut ex consensu duorũ antecedentium. Ita erit prima intentio, 2. assumptio, 3ã connexio] Verum quidquid sit de numero partium sentiat 3. esse, et numeret totidem illas, vnoq; velit Syllogismo comprehendere orationem Quintilianus: tamen illam ipsam Confirmãõnẽ, quam dicit ẽẽ exornationem, debet necessario concedere partem, quam non ideo debere sequi a numero partium ratiocinationis, quia vult esse illam exornationem.

BIBLIOTEKA U.B.

Ex dictis et nostris, et Quintiliani clarum est, atq; firmatur conclusio nona; quod Epicherematæ structura orationis contineatur.

Quid tandem sit, Quæres, quod Epicherema aggressio vocetur? Dico breuiter: per aggressionem intelligi orõnẽ, seu ratiõnẽ, ex depulsione alterius partis natam: et Epicherematis assumere nomen. Istius dicti exemplum Hermogenes nobis adfert. Proponamus etiã istud, inquit, per exemplum, cuius caput sit. Non res nouæ sunt molientes. Reputatior sunt nolienda res nouæ, si sint vtiles. Ratio a persona sumitur. Atticnienses enim decet rebus nouis operam dare; sunt enim cupidi rerum nouarum. Deinde expositione facta, per exemplum, ad confirmandum Epicherema istud quod est, Atticnienses rerum nouarum cupidi semper sunt, patres enim nostri, in hoc aliquid noui inuenerunt, item in illo; et sæpe non vnum tantum exemplum occurrit, sed etiam plura.

Ignoscet vero nobis Hermogenes, quod post quam adduximus ex illo dicti nostri exemplum, si illum eo in genere deseruerimus, in quo non placuit nobis. Dicit enim ille, quod propositio debeat ẽe Epicherema, et alia pars, vocari debeant expolitio. Non placet, quod inter Epicherema, et expolitionem diferionen statuat. Rão displicentiæ est, quia ratiõão, est propositionis expolitio: Epicherema vero, est ratiocinatio, quod confirmo ex Maiorgio, in partitionibus orationis Ciceronis, sic dicente. Argumentatio inquit, est argumenti explicatio: Nam argumentum, est probabile inuentũ ad faciendam fidem. Argumentatio vero dilucidè conficit, et distinguit ipsum argumentum: copioseq; atq; ornatè vim argumenti explicat, quo fit, vt ab aliquibus expolitio dicatur, et Græcè est Epicherema.

Hinc infero, et concludo, argumentãone, ratiõãone, seu argumenti elocutionẽ, vel illius explicationẽ, vel expolitionem, ẽe et debere dici Epicherema. Quia illud est argumenti, seu quod idem est, quæstionis expolitio, explicatio, elocutio &c. teste Quintiliano, capite citato: cum quo sentit Cassius lib. 6. cap. 22. Vbi ille

inquit alii

inquit, obtinuit apud Rhetores, vt Epicherema dicatur breuiter compresensa ratiocinatio, cuius tres partes, in vnius veluti propositionis corpus coalescant. verum in hoc nolo sequi Cauſinum, quod dixerit. Neq; enim, inquit, opus est ōia semper dilatare multis. verbum intelligendi sat est.] Profecto, nemo ex verbo Cauſini intelliget, quid sit Epicherema, neq; iuuat, quod dixerit esse ratiocinationem, cum ratiocinatio sit apud illum Syllogiſmus: Iam ergo quid Epicherema ēē dicet? cum ſi ratiocinatio eſt Syllogiſmus, et Epicherema, erit breuiter compresensa ratiocinatio, in modum vnius propositionis. Quaram, quid erit ratiocinatio, non veluti vna propositio, qā vna profert propositionem, non est vt ratiocinatione, quæ pluribus continetur propositionibus, et vel ex vno Syllogiſmo, vel ex duobus aliquando, vel certe ex Syllogiſmo et Entymemate componitur.

Obycies 3ō. Syllogiſmus non ē Epicherema. Ergo nec Epicherema erit ratiocinatio, qa ratiocinatio ē Syllogiſmus. Rndeo, Epicherema non est ratiocinatio, illa quæ est propriè Syllogiſmus, ex tribus ꝓpoſitionibus conſtans, concedo. non ē illa, quæ componitur ex syllogiſmo et Entymemate, vel ex duobus syllogiſmis, et apud oratores, 5 aut paſſibus, nego. Nam quando illas 5 partes, cum Cicone aſsignamus Epicherematis, tum in illis 5 paſsibus, Syllogiſmos 2. contineri dicimus, vel Syllogiſmū et Entymema, ita vt eiusmodi ratiocinatio, diſtincta naturā habeat, a ratiocinatione, propria Syllogiſmo: ideoq; illi Epicherematis nō attribuimus et aſsignimus

Obycies 4ō. Explicatione Epicherematis a Cauſino ēē bene datam, videlicet per modum vnius ꝓpoſitionis &c. Probatur, qa ſi Quintiliang, in definitione Epicherematis dixit ēē argumentum, et hoc apud Ciceronē ſēat quæſtionē: iam concludendū erit Epicherema, ēē aliquid Epicherema ēē aliquid per modum vnius ꝓpoſitionis. Rndeo latiſsime nōne a Quint: ſumi argumentū, quatenus videlicet commune quid eſt et quæſtioni, ſeu ꝓpoſitioni, et quæſtionis, ſeu ꝓpoſitionis confirmationi. Patet reſponſio ex definitione Epicherematis, inquit enim Quint. Epicherema ē argumentū, ſeu res quæ probationi alterius adhibetur, vel ē argumenti elocutio. Vbi claritatem meæ reſponſioni, adſentiat hæc verba, (argumentum ſeu res) et alia quæ ſequuntur, (probationi

alterius) hæc .n. dictis (alterius) supponit propositionem, et ꝓpositionis ꝓbationem. Quare vt verbo rem complectar dico. Epicherema ẽe rationẽ ex Syllogismo, et Entymemate compositam, vel ex duobus Syllogismis concinnatam.

DICO 10. Dilemma est argumentum ab vtraq; parte concludens aduersarium. Hæc firma argumentandi laudem habet acuminis, et ingenii, et veritatis. Id tum fit, cum duabus ꝓpositis interrogationibus aduersario in vtraq; paratis sumus ad refutandum. Huius exempla suggero. Maioragius et Caulineo de quodam disputante alteri, ne concionem ad populum haberet, sic vg. Nam si iniusta suasero deos habebis iratos, si iusta, homines. Id alter hoc facto retorsit: Imo expedit orationem habere ad populum, quandoquidem si iusta dixero, dij me amabunt, si iniusta, homines.

Scitum est et illud Antigoni Regis, a quo cum frater peteret, vt causam qui habebat cum aduersariis quidam, non in foro, sed domi cognosceretur, is ita respondit: Si causam iniustam habes, cur litigas? si iustam, cur hominum conspectum refugis? Potuit autem ita frater respondere: Dobes hoc mihi, si me amas concedere. Nam si causa mea iniusta est, minorem infamiam priuatim subibo: si iusta, melius et facilius domi cognoscetur.

Praeter hæc exempla, clarum se nobis ex S. Augustino offert lib 3 de ciuit: Dei, cap. 29. in quo disputat de Lucretia, quæ se ob illatum sibi stuprum interemerat, vbi modum argumentandi Dilemmaticum, vocat difficilem exitum, verba eius sunt. [Verumtamen si forte ita est, falsumq; est illud, quod duo fuerant, vt adulterium vnus admisit, sed potius ambo adulterium commiserunt, vnus manifesta inuasione, altera latente consensione, non se occidit insontem, et ideo potest a literatis eius defensoribus dici, non ẽe apud inferos, inter illos qui sibi letum insontes peperere manu: sed ita hæc causa ex vtroq; latere coarctatur, vt si extenuatur homicidium, adulterium confirmatur, si purgatur adulterium, homicidium cumuletur; nec omino inuenitur exitus, vbi dicitur, si adultera, cur laudata! si pudica, cur occisa!.] Hoc genus argumenti soluitur, vel infirmatione vnius partis, vel conuersione quæ Antri-

Propse et equatur

strophe vocatur.

DICO II. Sorites, dictus acervalis Syllogismus a Cic: lib 2. de diuinatione. Est ratiocinatio, quae per breuissimas probationis mutationes, ad ea quae euidenter, vel falsa sunt, vel vera producit. Quod vero haec argumentationis forma vocetur a Cic: acervalis, ratione ipsa adfert, quoniam, inquit, semper ascendit tanquam acervus ad cumulum. Hoc genus ratiocinationis, est forte, et aliquando captiosum. Exemplum illius habemus in Ciceronis 5o Tusculanarū quaestionum, vbi probat Cic, immortalitatem animorum ratione Platonis [Quod semper mouetur, id aeternum est, quod autem motum affert alicui, quodq; ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, viuendi quoq; finem habeat necesse est. solum igitur, quod se ipsum mouet, qa nunquā deseritur a se, nunquā ne moueri quidem desinit, quin etiam ceteris, fit fons, hoc principium est mouendi]

DICO IX. Huc spectare species Dilemmatis, vel modos argumentandi fallaces, qbo Rhetores vtuntur, eiusmodi est, argumentatio, seu ratiocinatio fallax, quae vocatur Cornua. Nomen accepit a materia Syllogismi quem in ore frequens habuit Chrysippus, vt Laertius affirmat. Ex quo argumentum verit latine Seneca, quod non perdidisti habes, cornua non perdidisti, ergo cornua habes. Hoc genus argumentationis, est locus Sophismatum, et fallacia dictionis, praebens captionis occasionem, ex vnius praedicamenti alteri attributione, cuius exemplum adferre solent dialectici, cum hoc vel simili modo. Quidquid emisti, comedisti. carnes crudas emisti, ergo carnes crudas comedisti. Fuisse olim istius argumentationis constat ex Seneca, qa hic vir grauissimus, eiusmodi fallacias acutam deliratiōnem vocauit, imo omnes alios modos argumentorum, similes huic tanquam leues et pueriles persequitur lib 6. Ep. qō, cuius haec verba sunt. Mus rodit syllaba est, mus autem caseum rodit, ergo syllaba caseum rodit. Puta nunc me istud non posse soluere, quod nisi ex ista sententia periculum imminet! quod incommodum! sine dubio verendum est, ne quando in muscipulas syllabas capiam; aut ne quando si negligentior fuero, caseum liber comedat. Nisi forte acutior est illa collectio, Mus syllaba est, syllaba autem —

caseum non rodit, mus ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias in hoc sapercilio subduximus, in hoc barbam demisimus: hoc est, quod triste dicemus et pallidi. vis scire, quod Philosophia promittat generi humano consilium, alium mors vocat, alium paupertas vrit, alium diuitiæ vel aliena torquens, vel suæ, ille malam fortunam horret, hic se felicitatis suæ subducere cupit, hunc hæres male habent, illum rei. Quid mihi lusoria ista ponis, non é locandi locus, ad miseros aduocatus es, opem te laturum naufragis captis ægris, egentibus, intente securi subiectum præstantibus caput pollicitus es: quo diuerteris? quid agis? hic cum quo ludis timet. Succurre quisquis eloquentior est pereuntium pœnis. Hæc ille.
His adiiciendum ĕ iudico illud, quod de Diogene refertur. Accesserat quidam ad Diogenem Sophista, quæ argutiosam aliquam de cornibus obtruderet, et ille manu frontem attingens. Equidem inquit illa non video. Quæ respexit forte Seneca Ep. 45. his verbis. Qui interrogatur an cornua habeat, non est tam stultus, vt frontem suam tentet rursus, tam ineptus et hebes, vt non habere se nesciat, quæ tu illi subtilissima collectione persuaseris. Intelligendus est tamen diuinus Philosophus, ideo perstringere modos argumentandi Sophisticos, quia in illis multi rationem magnam Philosophiæ posuerunt, et collocarunt.
Nam et hi modi argumentationum plurimum conducunt, ad cultum ingenii, et alia præstantiora bona naturæ. Hoc ex Quintil. lib 5. cap. 15 patet. Nam inquit et sapientem formantes, cum qui sit futurus consummatus vndiq, et vt dicunt, mortalis quidam Deus, non modo cognitione cœlestium, vel mortalium putant instruendum, sed per quædam parua sane, si ipsa demum æstimes, dicunt: sicut exquisitas interim ambiguitates, non quia ceratinæ (ceratinas, cornua intelligit) aut crocodilinæ possint facere sapientem, sed qa illum ne in minimis quidem oporteat falli. Itaq, neme miretur eas fallaces, et minutas conclusiones fuisse etiam viris magnis obiectas, qui specimen eruditionis Philosophicæ ediderant. Ea enim lex fuit priscorum Dialecticorum, et etiam acuti, et argutuli, nisi præsenti ingenio essent, atq, prompti aliquando caperentur.

Id vel exer

Id vel ex eo potest intelligi, quod Agellius memorat lib 18. cap. 13. apud Crelolium lib 2 theatri Rhetorum, cap. 6. È Platonis, inquit, sinu quidam audacior aggressus Diogenem fuerat, hoc modo. Quod ego sum, id tu non es. Ad hoc Diogenes annuit, tum ille; Homo aut ego sum; hoc etiam Diogenes concessit; conclusitq adextremum Dialecticus, Homo igitur, tu non es. Elusit vim argumenti Diogenes: Hoc quidem, inquit, falsum est, et si verum id fieri vis, a me incipe. Praeterea exorta fuit consuetudo dicendi soluendi, et proponendi captiosa argumenta, vt in coetu adolescentiũ erudito, huiusmodi captiones obiicerentur, in qbꝫ enodandis cum laude, et omni praedicaõne animi sui, nervos intenderent, quo paratiores forent, postea si quis è medio Sophista, cornua praetenderet, tum qa ex ignorantia horum argumentandi modorum, vel nociuo vsu eorundem facile hnes in errores inducuntur: vel alii corrumpuntꝫ, quod ex diui August. lib 2. de doctrina Christiana confirmo his illius verbis. [Sunt, inquit, multa, quae appellantur Sophismata, falsae conclusiones rationum, et plerumq ita veras imitantes, vt non solum tardos, sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos decipiant.] Et Clemens Alexandrinus lib 1õ Stromatũm monet sapientiam ee muro, et lorica muniendam, ne Sophistae, in eam temere possint irrumpere. Vnde narratur de Philota, apud Athenaeum lib. 9. Philotus interiit, cuius Epitaphio hoc inscriptum fuit. Hospes, Philotus sum. mendax et captiosa ratio, me perdidit.

Atq haec est causa propter quam multi Sophistarum fallacias persequuntur, et maxime in iis, qui ita sophismatibus insudant, vt hoc etiam studium eueniat, cum detrimento aeterni boni. Ideoq lib. de fato Cic. et alii eiusmodi argumentationes ignauias vocant, quod illae rationes de fato, omnem è vita tollant actionem: quae licet solidae non sint, molestias tamen pariunt. Illas Aristoteles aranearum telis ee persimiles dixit. qa vero peruerso vsu Sophismatum multi euertebant, rectam et sanam vitae humanae disciplinã, ex eo fundamento Timon Sophisticae argumentaõnis artem, rabiem contentionis

vocant: qua in arte vbi aduertit Socrates Euclidem occupatum, dixit illum fuisse, contentiosæ artis studiosum.

Epictetus, huiusmodi homines quoties reiicit ad Sophistas, toties illos tanquam ad restim, et crucem mittit. Vdo, inquit, probe intelligere, quid Chrysippus dicat de syllogismo mentiente, qa te suspendis cum hac cuimi tui inductione o miser. Plutarchus ex Platone vocat tales rabiosos canes, qa nonnulli catulorum in morem raptando, et laniando gaudentes, ad lites captiones obscuras, et Sophismata conquirunt. Jam quid Seneca epi 45 dicit, audiamus. [Multum, inquit illis temporis verborum cauillatio eripuit, et captiosæ disputationes, quæ acumen irritum exercent] Item Ep. 117 Vocat has argumentationes inanes disputatiunculas. Nocrates, inutiles. Themistus intelligentiæ molestas, notitiæ nocuas. Qaq memorant Socratem cum Critibulo de pulchritudine contendentem, tanquam puerum et saltatricem præmium victoriæ, basia iudicium esse voluisse. Quis ergo iuuenum (exclamat aliquis) cum in loco inciderit non obteretur et prodetur potius quam ad virtutem proficiet aliquid, audiamus et inter s. Patres de nugatorii Sophistis iudicium ingeniosissimi Augustini lib. 2 de doctrina Christiana, qui cauendâ ée talium occupationem vult. et alt: Studium hoc ée libidinem vincendi, et puerilem quandam ostentationem, decipiendi aduersarium. Quorum cum exemplum attulisset vnum, tum addit grauissimè, quod genus captiosarum conclusionum scriptura quantum existimo, detestatur illo loco, vbi dictum est. Qui Sophisticè loquitur debilis est.

DICO 13. Speciem dilemmatis dici, Crocodilum. de quo Apsorius et Crefolius dicunt. Ab eo Crocodilo nominatum fuisse genus captionis, quem aiunt raptam a se puellam donare cupientem, ea lege matri se promisisse redditurum, si mulier verum diceret, quidquid ipse de reddendo puero constituisset. Nam si mulier respondisset, reddes; quia reddere ipse non statuisset, verum

non dixisset

non dixisset. Contra, si dixisset illa, non reddes: reddere non debuit; alia vera non fuisset, responsio: quidquid igitur illa diceret, crocodilus non fuit redditurus, hoc nomen Crocodili, debet attribui loco Sophismatis, q dicitur fallacia extra dictionem, cum Sophista unica dictione vult abstrahi, multiplicem suam interrogationem.

DICO 14. Electra, est captio, ubi qs quidpiam arguitur, simul nomine et non nóe facere, et n facere. Dicta é ab Electra filiâ Agamemnonis, quæ eandem rem simul et novit, et non novit. Rogata enî num fratrem Orestem nosset, optime se nosse agebat; num illum cum quo loqueretur, negabat id. De Electra bene addit Caulianus. Illæ sunt inquit futilæ compositionis et divisionis, a dicto secundum quid: et similia a pueris iam irrisa. Hîc modus argumentandi apud Crisolium dicitur operus, sine involutus, cuius dat exemplum. Quæro inquit num Prem tuum nosti, et maxime quidem, nunc etiam hunc pallio tectum et involutum? minimè vero nisi videam. Atq sic Pr tuus est?, patrem igitur nosti et non nosti. O nugas Sophisticas, vel etiam dicitur operus, cum clam quibusdam positis, quod volo efficio. Libet v.g. concludere decem, éé pauca hoc modo. An non duo efficiunt pauca? videtur. An non tria? similiter. an non q.? conceditur. Igitur et decem. Nam vnd. z. 3, q, efficiunt 10. Non est dissimilis hæc nuga Sophistica illi fabulæ, qua narratur, qd aliquando Pr de filii profectu, in literis volens periculú facere imperarit filio, ut aliqd specimen suæ doctrinæ, si quid in illa singulare profectus fecisset, deprometet. Et vero contigit, ut mensæ inter alios cibos 3 apponeretur ova: è qbus filio occasionem arripuit ostentationis ingenii: Itaq Parenti arithmeticam se scire professus, numerum in hæc verba instituit. Bone Parens, ubi sunt tria ova, ibi sunt et duo: annuit Pér, Ultra progreditur filius: sed ubi sunt tria ova, et duo, ibi sunt 5. ergo hîc sunt ova 5. Tum Parens non minus lepidè, quam

acutè subiecit, notans levitatem ingenii. Bone fili, inquit, sumam igitur 3. ego, et tu quæ adnumerasti 2. accipe, et contentus esto. Pueris sic lusus relinquendę é, quia Sophismata nuces sunt, quæ non nutriunt hominem, sed dentes. et maxime maturorum virorum. aut frangunt, aut debilitant. Ad maiora properandū ēē tempus monet.

Dico vltimo, definitionem spectare ad materiam Dialecticam omnis Rhetoricæ. Conclusio clara est per se, ideoq; probatione non indiget

QVÆSTIO II.

An? & quid sint materia Inuentionis, Orationis, seu obiecti Rhetoricæ, omnis eruditio, vt Hystoria seu exemplum, Emblema, Apologia, Fabula, Similitudo, &c.

Dico 1. quod sic. dicti rationem reddo. Quod nemo Orator perfectus esse possit, si non omnium rerum cognitione, atq; intelligentia, pectus suum compleat. Atq; id quidem firmo sententia M.T. Ciceronis, qui eius animi fuit, vt neminem in Oratorum numero habendum ēē voluerit, qui non esset omnibus iis artibus quæ sunt ingenuæ aliquid, perpolitus, quod cum materia docendi, ex duabus coalescat partibus intelligentia videlicet et moribus, seu Dialectica et Politica oporteat omnino mancum et debilem apparere Oratorem, qui tantum Dialecticas argumentationes, vberiore eloquentur sermone, et non politiore. Debet n. ēē Orator Rhetoris, vt arbor Persica quæ nisi aquis irrigata, floret cultius, et parit vberius: sic manantibus eruditionum riuis, perfusa vberiorem eloquentia. Quare ea causa est, quod Princeps Philosophorū Arist. lib 2. Rhetoricorū admonuerit oratoriæ facultatis studiosum, cum dixit. Virtus vero inquit prudentes obseruant, tanquam eos qui vera præcipere soleant, tales aut sunt senes, atq; eruditi. Turpe enim ēē putat velle aliquem apparere

sapere

sapientem, et fateri, vel experientiâ, vel scientiâ alicuius ignorantiam. Cum Chrysippus bonorum civium summam prudentiæ tribuat, et cuncta vniuersim qui sapit recte, debere obtinere dixit. Et Socrates putauit oēs virtutes ēē prudentiam et scientiam, quod Aristoteles cum discuteret, fassus est ēē verum, nullam virtutem stare absq; prudentia, nullâ sapientiâ aut scientiam plenam videri absq; eruditione. Docuit vero, qui sint illi a qbꝫ hæc duo accipere possimus senes videlicet et eruditos. Senes, qa magnarum rerum vsum et experientiam habent, et longæ ætatis beneficio, multa vident, audiunt, tractant: quibus ex rebus prudentia nascitur. Eruditi deniq; propter variarum rerum scientiam, et cognitionem, prudentes existimant. Quod si quis senex sit, et eruditus, is sane prudentissimus haberi solet. Hanc vtramq; prudentiam. Marcus Antonius expressit, apud Cic. 2o. de Oratore. Qui est, inquit, versatus in rebus, vel vsu, quem ætas deniq; affert, vel auditione, et cognitione, quæ studio, et diligentia præcurrit ætatem. In topicis ait hic Cicero. Nam et ingeniosos, et opulentos, et spatio ætatis probatos, dignos qbꝫ credatur, putant.

Ea enim est laus eruditionis vt et fidem facilius conciliet, et post quam melius intellectum expleverit, delectet. Ideoq; inter cæteras Bruti laudes hanc etiam maximam ponit Cic., quod studia literarum nunquam intermitteret. Erat enim literis adeo deditus, vt etiam in castris, et in bello semper aliquid, aut legeret, aut scriberet. Scribit Plutarchus, pridiē quam in bello Philippensi mortem oppeteret, cum reliqui de futuro bello maxime solliciti essent, Brutum ipsum lectioni vacantem, Epitomen Historiarum Polybii conscripsisse. Putabant enim illi sapientes veteres, omne perire tempus, quod studiis non impertiretur. Itaq; virorum eruditorum maxima erat, eo tempore copia, quos Imperatores Romani secum habere consueuerant, vt Scipio Africanus Panætium, Pompeius, Theophanem Mitylenum, Lucullus Archiam Poetam, Cicero, Diodotum stoicum. Quin legimus Octauianum Augu-

strum, cum iam orbi terarum dominaretur, nullum unquam diem prætermittere solitum, quo non aliquid, vel legeret, vel componeret.

DICO 2°. Emblema éé materiam Inuentionis pro Rhetorica oratione. Ratio est, quia per Emblemata, amplior fit et ornatior Rhetorica oratio. Ita Clemens Alexandrinus lib 5 Stromatum dicit, Vtilissima inquit Symbolicæ interpretationis forma ad res permultas, nam iuuat, et ad rectam Theologiam, et ad pietatem, et ad generis demonstrationi orationes, ad breuitatis denique exercitationem, speciemque sapientiæ. Declaratur conclusio, magis ratione ipsius, et natura Emblematis. Cum enim oratio debeat constare ornamentis, vel materiis, quæ ex se sint ornamenta, optime illi adjicientur Emblemata, quæ sunt ornamenta quædam. Nam Emblema dicitur, quidquid inseritur ornamenti gratia, non tantum pauimento, et parietibus, sed etiam reliquis rebus, vt vasis, et vestimentis etiam: quales sunt claui, aut imagines argenteæ, aureæ, margaritæ, gemmæ, cæteraque eius generis. Vnde Alciatus Emblema vocauit quadam carmina sua, quibus imagines quasdam varie atq; eleganter explicat. Opera vero minute secta, multisq; tesserulis insita, vermiculata dicuntur, quasi vermiculos imitantia. Emblemata per ornamentum habent a natura concessum, quod animum humanum delectent, vt ait D. Augustinus. Quemadmodum ingesta multa per vitrum aut succina perlucent iucundius; ita magis delectat veritas per imagines et symbola allucens.

QUARES 1°. quid sit Emblema. Paleo cum Caussino éé Symbolum aliquod ingeniosum, suaue, et moratum, ex pictura, et lemmate constans: quo aliqua grauior sententia indicari solet. Vocantur vero Emblemata et Hieroglyphica symbola ex varia acceptione et significatione symboli. Vniuersalis enim è illig descriptio, quod occultæ rei signum sit. Vnde primo symbolum accipitur pro quocunq; vulgari signo, quod epistolæ, aut cuicunq; vasi imprimitur, ne resignetur. 2do accipitur pro belli signo seu tessera, qua datur militibus pugnaturis,

quod in bello

quod in bellis ciuilibus olim etiam solenne fabitum est: quibus quoniam
et armorum fabitus par, et sonus idem vocis, et mos vnus, atq; eadem bellan-
di institutio, ne quà doli subreptio fiat symbola hinc quisq; suis militibus di-
stincta dat: vt contigerat apud nos, dum bello ciuili arderet Polonia, in quo
stadniciani volo, ex nigro serico, leua brachia colligata habuerunt, quo discer-
nerentur ab aliis. vel certe, pter signum iudicium aliquod nomen aut sancti,
aut magni alicuius sonoris. vt temporibus motuum ciuilium et seditionum inte-
stinarum C. Marii symbolum fuit deus Mar, L. Syllæ, Apollo Delphicus, C. Cæsaris Iu-
lii Venus genitrix. Ethio symbolum idem sonat, quod collatio, vel pecunia, qua
plures in vnum conferunt ad epulas et conuiuia celebranda. Hinc eructi sym-
bolum vel symbola vocarunt, neutro et fœminino generibus. Græc symbolum, an-
nulum nuptialem significat. Ital, coniecturam, seu iudicium, quo præsciamus
aliquid, vel coniiciamur, vel obseruatione dignum putamus. Gall, pro Principis numi-
smate sumitur. Germ. pro argumento, seu thypo, seu denique vaticinio, aut nota qua-
dam, qua quidpiam occultatur.

QUARES 100, quis sit finis symbolorum, seu Emblematum? Respondeo primos
Ægyptios et Chaldeos, qui in schola Mempsitica Philosophati sunt: imo ante
expressam notarum aut Characterum inuentionem, aut scripturæ vsum reperisse
symbola quædam rudia, vt animalium, vel syderum, vel rerum aliarum, quæ Hie-
roglyphica, id est, sculpturas sacras appellarunt; quod factum ee constat, ne ab
imperita multitudine, misteria et arcana sapientiæ facile agnoscerentur, et profa-
narentur: sed ab iisdem duntaxat intelligerentur, q̃ sacris iisdem initiati essent.
Vnde ait Cassinus lib 9. de Inuentione, cap. 6. et in sacris literis multa tra-
duntur in parabolis, cuius rei diserta rõnem reddit Origenes supra Leu: Ho-
milia 5a. Sicut inquit in nouissimis diebus verbum Dei ex Maria carne ve-
stitum processit in hunc mundum, et aliud quidem erat, quod videbatur in
eo aliud, quod intelligebatur. Carnis namq; aspectus in eo patebat omnibus,

paucis vero et electis dabatur veritatis agnitio. Et S. Augustinus epist. 119. Cum per Prophetas, ait, vel legislatores verbum Dei proferatur ad gnes, non absq; competentibus profertur indumentis: Nam sicut ibi carnis, ita hic litera velamina tegitur, vt litera quidem aspiciatur, tanquam caro; latens vero intrinsecus sensus, tanquam diuinitas sentiatur.

Quares 3o. a qbg simbola. seu Emblemata processerint. Syntag. lib. Hebreis primo effecta fuisse. Ita Lactantius. Accedit, inquit, quod Deus hunc mundum ex tot rerum varietate coagmentatum, quasi scenam politissimis imaginibus distinctam primorum statim dnum oculis obiecerit, et per ea quæ cernerent simulacra, velut per nubeculam intermicantes diuinitatis radiòs tuerentur. Nec immerito Epictetus dixit, ineffe hominum animis Dei symbola, quæ ipse nobis, per tot obiecta suis speciès inurit. Præter Hebræos, in ea re maxime excelluerunt Ægyptii, qui veram et reconditam sapientiam iis solis agnitam ee volebant, qui ea se dignos præstarent. Certe antiqua illa Pythagoræ exempla symbola huius Philosophiæ vsum non minimum præbuere, quæ cum a Tyrrhenis (q apud quos teste Plutarcho fuit educatus) aut ab Ægyptiis accepisset, ita excoluit, vt magnam suæ doctrinæ partem fecisse mysteriis occlusam ee voluerit. Tradit enim Iamblichus eos olim designasse per nauis gubernatorem supremum Deum, primum motorem, et primam illam causã rerum omnium, vt ostenderent omnia Dei prouidentia, curaq; administrari.

Ex his collige 1o discrimen inter symbolum, Emblema, Hieroglyphicum, Parabolam, Ænigma, Apologum. Symbola igitur erunt, occultæ rei signa. Emblema Ænigma vero et Gryphus, est sermo implexus et obscurus, sed Emblema licet cum ænigmatum genere, in ratione symboli conueniat, differt tamen, quod rem sublatis ænigmatum velis, purius liquidiusq; proponat.

Collige 2o. ex Hieroglyphicorum, et Emblematum vsu, accepisse originem stemmata: Nam post quam docti multum adiecerunt, tum libris, tum disputationibus suis, ornamenti. Similiter etiam permulti nobiles, et generosi viriq; principes, qui bellicis olim negotiis præficiebantur, quo sui nominis, atq; familiæ splendorem quam

latissime

latissime propagarent, stemmata quaedam et symbola sibi vsurparunt. sed de hac re plura dicemus in Oratore ciuili.

DICO 3tio, cum Causino Parabolam ée similitudinem ductam a forma ad formam, vt Arist: Vult. lib: Rhetor: 3, hoc est: rerum alioq. diuersarum in ma aut pluribus affectionibus collatio. Hinc optime infert Causinus, errare Grammaticos (ergo addo graviter delinquere contra intelligentiam Parabolæ alienæ secta hóes a religione Catholica) q putant Parabolam non nisi ex rebus fictis trahi: ex omni enim hystoria tum naturali, tum morali, noxanquam etiam ex fabulis educuntur Parabolæ.

DICO 4to Apologum ée Oratorem continentem aliquam moralem fabulam. Exemplum Apologi adfert Causinus sine Apodosi, ex tractatu S. Gersonis Cancellarii Parisiensis, Vidificabant inquit palumbi syluarum in arborum procerita-te more suo, circuibat vulpes ad radices, se comminans ascensuram, se nidos ées cum fœtibus direpturam, ni sibi pullus proiceretur vnus. Trepidantes palumbi a-gebant, quod petebat et abibat: redibat tamen ad statum pensum, et quasi tributum quoddam; quousq. passer dato palumbis consilio continere se nidis suis non iuberet, vulpes ergo elusa est: sed in passerem vertit odia et con-silia, struxit ergo illi insidias. Erat vero in dumo passer, ad quem vulpes laudans illum accessit, q quod volatu suo se protegeret a bestiis, et laqueis terræ: sed hoc vnum deest inquit, qua ratione contra ventorum turbines et frigora se defendat. Tum passer ingenium naturæ suæ etiam in hoc periculo extollens, dixit se flante vento Borea a sinistris, mergere caput, sub plumas ad dexte-ram: et è contra, si a dextris. Delapsus vero é passer ad ramos proximiores rem, quæsiuit igitur vulpes, vento flante ab anteriori parte, quid agis! sic ait pas-ser demitto caput ad pectoris plumas. Ex qua commoditate prosilüt vulpes et rapüit passerem. Affabulatio, est in cupidos adulationum et laudum, qui sa-lubri consilio dum aliis prosunt, sibi aut nocent, aut bene non prouident.

Dico ꝙ Fabulam ẽẽ oratorem continentem res non veras, nec verisimiles accomodatam, tamen ad vsum et mores humanos. S. Augustinus cap 11 Soliloquiorum fabulam dixit compositum ad vtilitatem delectationemue mendacium. videtur tñ fabula deprauatio fuisse hystoriarum. Atq; hinc Thucydides lib 1, neq; vt fabulatores composuerunt ad iucunditatem audiendi, quam ad veritatem accomodatius eos reprehendit. q falsa, pulchra tñ et iucunda veris narrationib iminiscebant: vt et Philostratus epist. 19. Poëtæ inquit fabulas fecerunt dulcedine mendacionum, veritatem inducentes. Dicunt vero Authores, ex somno traxisse originem. Ita Synesius primas fabulas ab insomniis consentit ortas. Nam ad aram ab Ardalo dicatam Musis et somno sacra faciebant maxime amicum Musis, præ cæteris hiis somnum ipsũ censentes. Et Pindaro somnum initium peragendorum carminum fuiẽ narrant. cum enim adhuc puer Thespiás æstate proficisceretur fatigatus æstu, a via declinans somno se dedit: aduolarunt apes ad eius dormientis labra, et melle delibuta reliquerunt. Huc itaq; refertur dici solitum, quod qui somniarent montem Parnassum fieri Poetas, vt Persius. Et in bicipiti somniasse Parnasso memini vt repente sic Poeta prodirem.

Quomodo aũt Orti fabulis vti liceat, optime Cic: docuit, vt ait Quintilianus cum ita argumentatur. Itaq; hoc Iudices non sine causa fictis fabulis doctissimi hoẽs memoriæ prodiderunt, eum q Patris vlciscendi causa, matrem necauisset, variatis hiũ sententiis, non solum diuina, sed etiam Deæ sapientissimæ sententia liberatum. Menenius Agryppa plebem cum patribus traditur in gratiam reduxisse. nota illa de membris humanis, aduersus ventrem discordantib. fabula.

Aristoteles lib. Rhetoricoꝝ 2do, duo inquit ẽẽ exemplorum genera, verum scilicet, et fictum. Tandem ad fabulam transit, quæ est secunda species exempli ficti: et duobus exemplis ostendit quomodo fabula probandi vim habeat. Ac primum quidem exemplum Stesichori Poëtæ Lyrici est. Hic Poeta, cum videret ciues suos Phalari

sceleſto, ac perfidioſo homini imperium in hoſtem cum ſumma poteſtate tradidiſſe, et praeterea corporis cuſtodes eidem velle tradere, veritus ne ſi id feciſſent, libertatem amitterent: eos hac fabula ab incepto retrahere conatus eſt, quam Horatius elegantter epiſtolarum lib. I. ſic deſcripſit.

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat: donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frenumq; recepit;
Sed poſt quam victor violens diſceſſit ab hoſte
Non equitem dorſo, non frenum depulit ore.

Arguit hac fabula ſtultitiam Hymerenſium, qui Phalari ſcelerato et ſuſpecto ſatellites et corporis cuſtodes tradiderant, per quas facile remp: occupare potuiſſet. Et vero ſic Phalaris poſtea Agrigentinorum ciuitatem occupauit, et crudeliſſimus omnium tyrannus euaſit. Cic: 2. de officiis, ita ſcribit: Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt praeter caeteros nobilitata crudelitas, q̃ non ex inſidiis interiit, ſed in quem vniuerſa Agrigentinorum multitudo impetum fecit, ſubitoq; mentis impulſu concitata, Phalarim lapidib. proſtrauit.

Tradunt Demoſthenē, quo tempore magnus Alexander Thebas diruit vna fabula ſibi et caeteris oratorib. vitam conſeruaſſe. cum n. Alexander petiiſſet ab Athenienſibꝫ. vt Orēs qui curſum victoriae conati fuerant impedire, ſibi ad necem dederent et Athenienſes ꝓpter timorem ad eas dedendas inclinarent, in medium progreſſus ē Demoſthenes, atq; ita eſt exorſus. Lupus olim cum ouibus pacem, et perpetuum foedus firmare pollicitus eſt: ſed ea conditione, vt oues, ſibi canes omnes traderent, quam cum oues conditionem accepiſſent, et canes lupo tradidiſſent, cuſtodibus poſtea ſpoliatae lupo praeda factae ſunt, atq; ab eo deuoratae. Quod niſi caueatis viri Athenienſes, idem vobis accidet: nam Alexander vos cuſtodes veſtros ideo petit ad necem, vt poſtea arbitrio ſuo perdere vos valeat.

Eſt ergo magna fabularum vtilitas, quia et moribus accomodantur humanis et locum habent exemplorum. Nam exempla ſemper inuenire difficile eſt, quae plerunq;

demonstrandi vim habent, cum argumenta non suppetunt: quoties igitur accidit, vt argumenta nobis desint, tunc ad exempla confugiemus, vel etiam ipsa argumenta exemplis firmabimus et animabimus. Ita Cic: pro Cornelio Balbo probat non ee dubitandum quin Pompeius Cornelio Balbo iure ciuitatem dederit: duobus igitur exemplis vtitur. Primo Metelli Numicidi, quo causam dicente cum ipsius tabulae circumferrentur, inspiciendi nominis causa, nemo fuit quin remoueret oculos, et se totum auerteret, ne forte quod ille in tabulas publicas retulisset, dubitasse quisquam, verumne an falsum eet videretur. Altero Xenocratis Philosophi, qui sancte grauiterq; vixisset, et testimonium publice dixisset, et (vt mos Graecorum est) iurandi causa ad aras accederet, vna voce oes iudices ne is iuraret, reclamarent: cum igitur inqt Cic: Graeci oes spectati viri noluerint religione, potius videri, quam veritate fidem ee constrictam, nos etiam in ipsa religione et legum et foederum conseruanda, qualis fuerit Cneus Pomp; dubitabimus.

Dico 6to. Inductionem ee argumentationé in qua varia similia coacerantur ad aliquam propositionem formandam. Fit enim inductio, cum plura sumuntur quae inter se similia sunt, vt id concludatur, quod aliquando dubium est. Duo igitur requiruntur ad conficiendam inductionem. Primo quod plura sint ea qua sumuntur. 2. vt ea sint inter se similia. Fit aut inductio 3. modis. 1 ducitur ab exemplis, quae apud Oratores frequentissima est. Nam vt ait Aristoteles, exemplum est inductio Rhetorica, vt Cic: pro Cornelio Balbo argumentatur. Si Marcus Crassus, si Q. Metellus, si L. Sylla, si C. Marius si Senatus, si populus Romanus iure foederatos ciuitate oes donarit: etenim C. Pompeius Cor: Balbum foederatum potuit iure ciuitate donare. 2 ducitur a similibus, quae Socratica inductio vocatur, (Quod ea sapissime vsus fuerit Socrates) vt si agricola bonus é qui fertiliores et meliores agros reddit, et pastor ille probandus est, qui meliores pecudes efficit: ita etiam Princeps laude dignus est, qui subditos suos facit ee meliores. 3tio ducitur a partibus, et totum colligit, quae dicitur, partiu enumeratio de qua iam dudum loquimur: vt si animantes quae in terra viuunt, et volucres, et Aquatiles mouentur et sentiunt, ergo omne animal sentit et mouetur. Vel plebs

Romana de

Romana de Catilina male sentit, et sequestris ordo et Senatus, totus ergo Populus Romanus male de Catilina male sentit. Hac tertia specie inductionis usi sumus in Oratione contra Sbigneum. Tunc cum patria tota, Rex, Senatus, et milites. cuius deniq; bonus omnis odit &c.

Locos Inductionis ex variis adfert Causinus lib 4. cap. 36. quorum non postremus est ille quem Sen. Philosophus ep. 5. habet: Effeminat animos amoenitas nimia: nec dubio aliquid aut corrumpendum est regio. Quamlibet viam patiuntur iumenta, quorum dura in aspero ungula est, in molli pallidaq; pascua saginata cito substernuntur, et fortior miles, ex confragoso venit: segnis est urbanus et verna. Nullum laborem recusant manus, quae ad arma ab aratro transferuntur, in primo deficit puluere ille vnctus, et nitidus. Huic adiungo ex eodem citato Autore popularem quidem sed festiuam, et quod maximum est, veram inductionē, ex S. Augustino desumptam. Longam inquit cœnam, malam nemo vult habere, nec fere longam vitam malam pene oēs volunt habere; vtiq; si grande ē quod viuimus, bonum sit omnium grande. Quid enim vis male, dic mihi! puto nihil in oīum actionibus, cogitationibus, cupiditatibus, nisi male vis, segetem malam non vis habere vtiq; sed bonam: bonam arborem vis, equum bonum, seruum bonum, amicum bonum, filium bonum, vxorem bonam. Et quid hæc magna, quoniam quidem ipsa vestem malam non vis habere, sed bonam, postremo caligam non vis habere nisi bonam. Aut da mihi aliquid te velle quod malum est, solam animam vis habere malam. Quid te ostendisti! quid de te tu ipse meministi! non vis esse malus nisi te solum.

Tertia speciei Inductionis a partibus videlicet descriptae, locus communis apud Senecā offert se epist: 76. Nauis inquit bona dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argenteum, aut aureum rostrum est, nec cuius tutela ebore celata est, nec quæ fiscis ac opibus regiis pressa est, sed stabilis et firma, et iuncturis aquam excludentibus spissa ad ferendum incursum maris solida gubernaculo parens, velox, et consentiens vento.

De Inductione addo. Cum per Inductionem ex partibus totum probatur nulla pars pretermitti ꝺ aliaq; non recte concluditur. Vt cum Cic: probare vult ab vniuerso populo Romano diligi, neceſſe ē eſt, vt enumeret omnes populi partes, quæ ſunt plebs, equeſter ordo, Senatus. Sic ergo poteris Inductionem formare. Milo a toto Senatu diligitur, et ab equitibus Romanis oīb⁹, et a plebeiis, ergo ab vniuerſo populo Romano amatur. Cum autem a formis per inductionem probatur genus, vel ſubiectum aliquod, omnes forme ſunt enumerande, vt cum Cic. probat Pompeium ēe ſummum Imperatorem, quærit eas res quæ in ſummo Imperatore ēe debent, et eas ēe in Pompeio docet. Sic igitur a formis Inductio formari poteſt. In Pompeio eſt eximia belli ſcientia, ſingularis virtus, clariſſima Auctoritas, egregia fortuna. Ergo in eo ſunt quæcunq; in ſummo Imperatore ēe debent. Verum cum ex pluribus ſimilibus, quod dubium eſt per Inductionem probamus, non opus eſt omnia ſimilia quærere, quæ poſſunt eſſe pene infinita. Sed ſatis eſt aliqua colligere. Vt cum Cic: pro Lege Manil: probare vult, ſemper ad nouos caſus temporum, nouorū conſiliorū rationes accommodandas ēe, non opus eſt vt oīa exempla recenſeam, in quibus noua conſilia ſumpta ſunt; ſed ſatis eſt, vt aliqua vel vetera, vel recentia commemoret. Itaq; ex veteribus Scipionem Africanum, in quo multa noua conſtituta fuerant, in medium adduxit; ex recentioribus C Marium. deinde recenſet ea, quæ in ipſo Pompeio noua conſtituta ſunt.

DICO 1mo. Similitudinem ēe collationem duorum inter ſe, vt quemadmodū hoc in iſto, ſic illud etiam ſe habeat in illo. Vt v.g. Apes mellis ſaporem ex multis floribus conficiunt; ita eloquentia pluribus conſtat ſententiis. Differt aut Similitudo ab exemplo, quod exempli comparatio tantum ad homines, et eorum res et facta pertineat. Similitudo autem, ad res omnes tam animatas, quam inanimatas extendatur, ex illisq; tanquam partibus componatur. Communiter autem ſeu labori dicendi modo dicitur etiam comparāo, et contra. Hæc vero quæ in contrariis Similitudo adhibetur, vt orme adfert oīi ita dicentis ingenium prodit.

Similitudinis

Similitudinis exempla a contrario hæc sint. V.g. Nam si iis qui imprudenter læserunt ignosci conuenit: iis qui necessario profuerunt. saberi gratiam non oportet. Ex pari sit hoc modo, Nam vt locus in mari sine portu nauibus ẽe non potest tutus, sic animus sine fide stabilis amici non potest ẽe. In iis vero rebus, quæ sub eandem rãnẽ cadunt. hoc modo probabile consideratur. Nam si Rhodiis non est turpe portoriũ locare, nec Hermacreonti qdẽ turpe ẽ conducere. Prima actione in Catil: pulchra est similitudo. hoc modo. vt sæpe ẽnes ægri morbo graui cum æstu, febriq iactantur, si aquã gelidam biberint, primo releuari videntur, deinde multo grauius vehementiusq; afflictantz; sic hic morbus qui est in reqab: releuatus istius pœna vehementius viuis reliquis ingrauescit.

Variis posse fieri modis similitudinem dico cam Causino, quorum primus est, cum nulla intercedit similitudini nota, quamuis re ipsa sit similitudo, vt cum dicr. Scuti est Martis Pcrula, arcus fistula sine chordis, ita equus indomitus. Hæc enim similitudinis habent, non naturæ rãnẽ.

Secundus est, cum nota similitudinis apponitur, sed tñ similitudo concise, sine vlla partium deductione in vnum contrahitur membrum. vt. V.g. Populus Atheniensis similis est Nauclero robusto, et surdasto. vel vt Demosthenes dixit. Samii similes sunt infantibus, cibum quidem sumunt, sed flentes. vel, Oratores Athenienses similes sunt nutricibz, quæ cibos deglutiunt, et infantium ora salina perungunt. vel vt Antisthenes de Cephisodoto. Cephisodotus thuri similis est, dum perit oblectat. vel vt Æschines de Demosthene, Demosthenes similis est tibiis, qbz si calum demas, reliquum erit inutile.

Tertius modus est, cum similitudo suis partibus, hoc ẽ, propõne, is probasli et Apodosi constat. vt apud Cic. pro Roscio Amerino. exemplum. vt ignis in aquam coniectus extinguitur, et refrigeratur, sic referuens falsum crimen, in purissimam ac castissimam vitam collatum, statim concidit.

Quartus modus clarissimus est, cum non modo similitudo suis constat partib. sed illæ ipsæ fusa, æquabiliq; orõne cum dignitate explicantur, quod tunc fieri solet, cum allatum aliquid ex hystoria, vel aliunde petitum Apodosi concludatz. Talis est illa apud Cic: pro Roscio Amer: numero 88. Anseribus cibaria publice locantur, et canes aluntur in Capitolio, vt significetur si fures venerint, At si fures internoscere non possunt

significant tñ, si qui nocte in Capitolium venerint: et quia id est suspitiosum tametsi bestiæ sint, tñ in eam partem potius peccant, quæ est cautior. Quod si luce quoq; canes latrent cum Deos salutatum aliqui venerint, opinor iis eorum sufferingantz quod canes sint eam tum cum suspicio nulla sit. Similima é accusatorum ratio. Alii vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere, non possunt. Alii canes, qui et latrare et mordere possunt, cibaria vobis præberi videmus, vos aut maxime debetis in eos impetum facere, qi merentz.

Similium Arist. lib 2. Rhetoricorū eorum, quæ ex contrariis ducuntur, dat exemplum. Quod ea etiamsi contraria éé videantur, tamen sibi vicissim proportione quadã respondent. vt. v.g Accipere iniuriam, et accipere beneficium videntz éé contraria, et tñ ab iis vt a similibus deducitz argumentũ et representatio affertur; hoc modo. Si concluserit aduersarius eos, qui iniuriam acceperunt semper diligere solent. Vel si quis concluserit corporis pulchritudinem éé expetendam rem, ita representetur a simili, vt Virgilius in Bucolicis.

O formose puer nimium ne crede colori
Alba ligustra cadunt vaccinia nigra leguntur

vel si quis dixerit a sapiente omnia superari, ita refelletur, vt Cic: ad Quintũ fratrẽ ãt. epist: I. Quemadmodũ gubernatores optimi vim tempestatis, sic sapientissimi viri fortunæ impetum persæpe superare non possunt.

Quomodo aut Similitudo in rebus multum inter se distantibz inueniatur, docet Arist: lib. 3. Rhetoricorũ, qui dixit, idem éé arbitrum et aram. Quis vero non intelligit, quanta differentia sit inter arbitrum et altare? vt tñ Architas Tarentinus acuti vir ingenii, inter ea similitudinẽ excogitauit, vt eadẽ éé ostenderet. cum eũ quis iniuriam accepit, is vel ad Sões, vel ad Deos confugere solet. Si ad Sões, arbitrum quærit, qui de iniuria cognoscat, et iniurium Soẽm puniat: Si ad Deos, ad aram accedit, et humili deprecatione poscit, vt qui iniuriam intulit, debitas luat pœnas. Itaq; hac ratione arbiter et ara idem erunt.

Similitudo petita ex rebus disparatis, plenumq; ab effectu sumitur.

Similitudines repertæ sunt ad inferendam rebus lucem. Quarũ aliæ sunt quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur. Aliæ ad exprimendam rerum =

imaginẽ comp

imaginem – componuntur. Quæ probationis gratia sumuntur tres habent species. Inductionem, Collationẽ, Exemplum.

De Inductione supra diximus, et de collatione sub nomine parabolæ. Tertium similitudinis genus est Exemplum, quod rei alicuius gestæ authoritate nititur, itaq; tamen inter Loĕs ponitur.

Communes loci similitudinis præter aliquos datos, offerunt se alii ex Cic: Quintil: &c.

Cicero in Orõne post reditum. Sed tanquam bona valetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt: sic patria cæteraq; fortunæ bona desiderata magis, quam quotidie percepta delectant.

Oratione in Vatinium: Repente enim te tanquam serpens e latibulis, oculis emouentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti.

Pro Pub. Sestio: Vt si gladium puero, aut si imbecilli seni aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat, si tamen ad nudum vel fortissimi viri accesserit corpus, possit acie ipsa et ferri viribus vulnerari: Ita cum Comitibus enervatis atq; exanguibus consulatus tanquam gladius esset datus qui per se, pungere vnquam neminem potuisset, si summi Imperii nomen armati remp: contra vindicarunt

Pro Archia: Saxa atq; solitudines voci respondent, Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntr atq; consistunt, nos instituti rebus optimis non Poetarum voce moueamur.

Pro Murena. vt aiunt in Græcis artificibus, eos aulædos ẽẽ, qui Citharœdi fieri non potuerunt: sic nos videmus qui Oratores fieri non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire.

Pro Lege Manil: Similitudo ex fabula petita, primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ad ex eodem Ponto Medea illa quondam profugasse dicitur,

quam prædicant in fuga

in fuga fratris sui &c.

fratris sui membra in ijs locis qua se parens prosequeretur, dissipauisse &c. Vt eorum collectio dispersa maroris patrius celeritatem persequendi retardaret &c.

Quintilianus lib 1. Sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad velocitatem ferae gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio, atq; solertia, vnde origo animo caelestis creditur. et paulo post. Natura tenacissimi sumus eorum, quae nobis annis percepimus, vt sapor, quo noua imbuas, durat, nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elici possunt. et alibi, vt vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, vel etiam instillatis complentur; sic animi puerorum, quantum accipere possunt, videndum est.

Similitudines aliquae sunt breues et elegantes, vt Cic: de Clodio. quo ex iudicio, velut ex incendio, nudus profugit &c

Argumenta a dissimilitudine ducta, eandem rationem praeceptorum habent, quam et ipsa similitudo, cum plerumq; eadem disciplina soleat esse contrariorum.

QVÆSTIO JJJ.

An Exordium, Narratio, Confirmatio, Conclusio, — sint partes materiales, orationis Rhetoricæ.

Dico 1. Exordium non esse partem Orationis Rhetoricæ. Ita Arist: Rhetoricorum lib. 3. Sunt aut inquit Orationis partes duae. Necesse est enim rem primo, de qua agitur exponere, deinde illam argumentis confirmare. et paulo post. dicit. Horum aut alterum propositio, alterum probatio est] Hoc loco Arist: nulla ratione assignat pro parte Orationis Exordium. Neq; inficiabis cum dicas. Aristoteles et alii proemium volunt esse partem Orationis: Hoc aut nihil aliud est quam Exordium. Intelligendum est enim Aristotelem secundum vulgarem sensum loqui. Nam proemium cum a duobus vocabulis deductum ex Graeco venit, tantum significabit: ex quo nomine pro Rhetorica Oratione similitudo ducta est. Quod sicut Eustathio placuit illa

quod antequam leg

quæ antequam legitimum carmen incipient, emerendi fauoris gratia canunt, præam-
bulaq; et præludia aliquas præmittunt: Sic Orator dicturus Oratõné primos in Au-
ditorum auribus efformat concentus, quos a se cogitat inuitari Auditorem. Vnde etiã
patet, cum aliqui Exordiorum genera duo assignant, proemium videlicet et insinu-
ationem, apud quos insinuatio nomine Epodos effertur, id é. Oratio, quæ obliquè
et callidè animum Auditoris subit, non apertè vt principium. Itaq; etiam Epodos
apud aliquos bene ab Epodin deriuatur, id est, ab incantatione: vt ita videatur
Exordium non tantum éé aliquis cantus, sed et incantatio, sicut vero procambuli
Cytharœdi, non é pars cantus: Ita neq; Exordium erit pars Orationis, quo tantũ Audi-
tor inuitatur ad audiendum, qui etiam sine hac conciliatione, et inuitatione ani-
mi auriumq; attentus éé potest. Vel si Proemium, deductum fuerit ab iman
quod Græci viam appellant: tunc habebit se, tanquam vestibulum domus, aut id
quod adest ante ingressum adsideri. Ita enĩ Arist. ait, adferendo discrimen in-
ter proemium, prologum, et præludium, quod proemium sit principium Oratõnis
sicuti; in Poesi prologus, in tibicinis cantu præludium; quæ oĩa principia sunt,
et quasi viæ, munitionis ei qui pertransire velit. Et vero nemo vestibulum do-
mus dicet éé partem domus, quia nullius necessitatis causa adsumitur. Simili modo Exor-
dia habent se in orationibus Rhetoricis, quæ tantum præmittuntur ad exigentiam Cone-
statis alicuius politicæ, nec sint tales Oratõnis partes, sine quibus éé non possint. Cum
certum sit Exordia solum vel maximè locum magis conuenientem debere habere, apud
Oratorem ciuilem generis Judicialis, non vero Oratorem, generis demonstratiui, aut
deliberatiui: Quod si tã æquè sic atq; ille Orator exordiis vsi fuerint, mores cen-
sebuntur Honestioris politiei seruare

Obijcies Cic: lib: 1. de Inuent: 6. Oratõnis partes éé vult. Exordium, Narra-
tionem, Partitionem, Confirmaõnem, Reprehensioné, seu aliter Confutaõnem, Conclusioné.
Et in partitionibus. Oraõné in 4. distribuit partes. Exordium. Narraõné. Confirmaõnem,
Peroratiõnem. Rondeo 1o, éé partes 6 aut 4. magis vulgari et politico sensu, con-

cedo. Esse partes 6. aut q. ex præcepto Dialectico, et conuenienti artificio Rhetorico, nego. Vel respondeo 2o. Exordiũ et Peroratioñ ẽe partes Oratõis necessarias et proprias: nego. esse non necessarias et improprias, concedo. Quã responsionem, auctoritate Aristotelis, ex tertio Rhetoricoñ confirmo. Necessaria igitur sunt inquit. partes 2, propositio, et probatio, ac propriè quidem Ea duæ partes sunt: sed si plures fuerint, tunc erit proemium, propositio, probaõ, peroraõ]

Quæres 1o eritne partitio pars? Respondeo. Partitionem ẽe propositionis non totius Oratõis partem.

Quæres 2. quid sentiendum sit de Confutatione aut reprehensione. Rndéo cum Arist: Nam quæ ad reprehendendum aduersariũ attinent. probationi subijcientur.

Ad obiectioné tertio respondeo, cum certum sit duo debere spectari ab Oratore, primum est vt fidem faciat, alterũ vt motum. Ad fidem faciendã conducunt argumenta, siue propositio, et ppoõnis probatio: ad motum animoñ Exordiũ et peroratio: Ita vt illa auditorem concilient, Eoc impellant, sed neq. ex Eoc fundamento solidè deduci potest, Exordiũ et peroraõné debere in numero partiũ poni, quod videlicet ad motum animoñ seruiant; cum motus animorum sine Exordio, et peroratione possit Eaberi: qa figuræ, et tota elocutio diffusa per Oratõné eundé finem assequi sine ope proemiñ, et perorationis potest. Vires enim ad animum mouendum, non tam in principio et conclusione sitæ sunt, quam in vsu affectuum, qui argumentationi per figuras Rhetoricas interseruntur. Nisi forte id ad melius ẽe conducat, vt peroratio adhibeatur, et qdé vehementior. quod in fine motus debeat esse velocior

Præter dicta de Exordio. patet ex M. Antonio, in 2. de Orato: quod exordium sit tantum aliquis ad causas aditus. Omne aut inquit principium, aut rei totius quæ agitur significatiõnem Eabere debebit, aut aditum ad causam et munitioné, aut quoddam ornamentum, et dignitatem. Exordiũ enim, est vox a textoribus sumpta, qui proprie dicuntur ordiri telas. Vnde illud in culice, ~~Atq; ad amne~~

Atq; vt aranei tenuem formauimus orsum.

Et Cic: lib 2. de Orato. ait- Præterea modo Antoni quod exorsus es.

Dica 2. Antõ

Dico 2. Narrationem ee partem materialē Orōnis Rhetoricæ. Tum qa omnis Hystoria, est pars mātēialis obiecti Rhetorici, tum qa Narrō nihil aliud ē quam ꝓpositōnis Hystorica deductio, aut explicatō. Ideoq non alia causa ē, quare Aristt: lib 3. Rhetoric: post quam impropnās 4. partes Orōnis Rhet: numeravit, nullā fecerit mentionē Narrationis. Intellexit enī sub ꝓpositōne illā contineri, ita tamen, vt eius intellectionis differimen pateat, quod videlicet ꝓpositō Orōnis, plenumq Oratoēm modū constructa sub praedicato et subiecto intelligatur: Narrō vero Hystoricō modo tractetur

Dico 3. confirmatōnē ee itidem partē mātēialem Orōnis. Probatur, qa ratio, seu rationō quævis ē pars materialis Orōnis Rhetoricæ.

De Conclusiōne patet ex responsione 3. ad directionē tar quæstione allata.

QVÆSTIO IV

Quæ sint principia Exordii, in ratione communi sumpti, vt est pars materialis Orationis Rhetoricæ.

Præterea virtutes Exordii, docilitatem videlicet, attentionem, et benevolentiam. quia licet hæ requirantur in primo limine, tanquam invitatrices Musæ ad conciliandum animū Auditoris, tamen æque sunt propria toti Orōni, atq Exordio. Imo Aristt: Rhet: lib. 3, textu 327 ait, attentos facere omnium ee partiū. Nam alibi magis quam initio Auditores remittunt animum - Et M. Antonius lib. 2. de Orat: attentum vero inquit, tota actione crebro excitandis mentibus iudicum, non prima denuntiatione efficere possumus.

Alterum est de vitiis et locis communibus exordiendi, nihil aut vix aliquid prescribere volo, qa horum pleni sunt libri, et præcepta exordiendi nulla sunt, quæ

posſint ée vniuerſalia, eo quod ratio exordii magis ad prudentiam ſpectet, quæ maximè occupatur particularib. materiis, et in illis ingenium, præcipuè tamen iudicium exigit. et præterea ſi Auctiores de exordio tractantes hoc loco repeterentur, illud non éet verum, quod lectio lecta placeret, quam diſplicentiâ maxima multitudo cum faſtidio intulit. &c vt verbo dicam, locorú exordiendi, prudentia leges dat non Rhetorica, vel potius ipſa Rhetorica prudentia &c. easdem leges ponit, et maximè longa experientia non multitudine præceptorum.

Dico. duas éé neceſsarias Exordii virtutes, quarum altera eſt breuitas, altera accommodabilitas. Illa requirit ne maius ſit, quam tota oratio, quod turpe ſit Poſtium improportionis, ſi caput maius ſit, quam corpus. Hoc vero præcipit, vt Exordium ſemper inueniatur cauſæ accomodatum, ne poſtea dici poſsit, illud Horatianú ex arte Poetica.

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit et varias inducere plumas
Spectatum admiſsi riſum teneatis amici.

Accedit denique illud turpe genus Exordiorum, quod maiorem ſui parit admirationem, inſtructumq; ad omnem libram, promittit et facit expectationem, futuræ Oratoris excellentioris: cum interea poſt præmiſsum ornatum, et eruditú exordium, ſequitur ieiuna, ſcabroſa, inſulſa, pigra, triſtisq; oratio. Neq; mirari debemus, quod de tali Oratore ornata exordia præmittente, et reliquâ Oratione ſterilem, et plane laboratè tuſſi, proferente, quod inquam aliquando inuadat Auditore cogitatio, ſuius farinæ Orator, aut iudicio laborare propter affectata exordia, aut ignorantia, ſi poſt quâ alicubi furatus fuerit exordium, reliquo Oratoris corpore, plane nudus ſuam prodat egeſtatem. Digni profecto riſu cenſentur, quod capite ornati, corpore nudi, in medium ſpectatorum prodeant. Exordii ſiquidem virtus é, illa ante oés vt ſit ſine inſolentia inſolens: ſine cura accuratum: hoc eſt, vt ſententiarum habeat lautitiem, non luxuriem: verboru apparatum, non ampullas et ſeſquipedalia

verba

verba, Nihil enim magis vituperat Poeta Horatius, in Poeta quodam circumforaneo, quam inflatissimum exordii tumorem, in nihilum profecto habituruma nihil magis commendat in Homero, quam moderati splendoré, in principiis dicendi, instar recentis aurorae appetentis pulcherrimú in iubar euasurum. Inquit ergo Horatius.

Non sic incipies vt scriptor Cyclicus olim.
Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum,
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu!
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic qui nihil molitur inepte
Dic mihi Musa virum captae post tempora Troiae
Qui mores hominum multorum vidit et vrbes
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat vt speciosa deinde miracula promat.

QVÆSTIO V.

Quæ sint præcepta Narrationis, Confirmãonis vt sunt partes materiales Orãonis Rhetoricæ.

Diuidunt Narrationem aliqui, in continuatam, et concisam, seu interruptam. Continuatæ infinita sunt exempla. Concisa vero illa est, qua vtimur intra reú pbationem, et immiscemus eam Orãonis Confirmãoni. De hac Cic: ait, lib. 3 de Inuent: Membratim oportebit partes rei gestæ dispergere in causam, et ad vnamquamq; consestim rãonẽ accomodare, vt vulneri præsto medicamentum sit, et odium statim defensio mitiget.

Dico 1 Ab Arist: ó præcepta tradi de Narratione. vt sit videlicet dilucida, ac verisimilis, et honestos rei mores exprimat, ac contrarios aduersarii vt sit morata, vt brevis, vt affectum moueat, vt si necesse sit, differatur, nec

in initio semper collocetur. Verū omissis quibusdā ex his preceptis de morata Narratione breuiter

Dico 2. in Morata Narratione prodesse plurimū mores effingere, vel bonos eorū qui defendunt, vel malos eorū qi oppugnantur, ad quod mentis ac voluntatis interpretatio conducit, vt bona & mala mens ex hac cognoscatur. Ita Cic: statuit sibi nefarios Catilinæ conatus ēe frangendos, vt patriam ab eius coniuratione liberaret. Itaq; Morata Narratio, debet notis quibusdam cuiusq; mores, et actiones, et sermones consequi. Quo modo Cic: efformat Pisonē, et eius vitā sordidam. Extructa inquit mensa, non conchiliis aut piscibus, sed multa carne subrancida, serui sordidati ministrant, nonnulli etiā senes, idem cocus, idem atriensis, pistor nullus domi, nulla cella &c. cuius rei plenus est Cic: Vitium moratæ Narrationis erit, si Orator tanquam non cogitatas res dicat.

Dico 3. cum communi sensu 3 ēe Narrationis virtutes, probabilitatē, perspicuitatem, et breuitatem. Modo dicamus de Perspicuitate et breuitate, aliquid breuiter. Perspicuitati nocent primo verba obscura, licet res clara sit. 2, res obscuræ licet verba sint clara. vt Cic: de Arist: scripsit, in eius scriptis flumen Orationis aureum ēe, sed magnam rerum obscuritatem. 3, et res, et verba obscura. Vitanda ergo in perspicuitate sunt, verba inusitata, translata, Hyperbata, Amphibologiæ longæ, parentheses crebræ, origines rerum longe petitæ, longæ digressiones, a proposito deflexiones, periphrases, longiq; verborum circuitus,

De breuitate hæc doctrina tenenda est, vt necessaria tantum, non vero superflua referantur, verum cauenda est nimia breuitas, qa hæc obscurā et confusam Orationem facit; ridet enim Arist: qui breuitatem inter virtutes Narrationis recensentes, illius naturam ignorant; eo quod, neq; breuem, neq; prolixam, sed mediocrem ēe conueniat. Et ipse Tullius, in de Orato: Si inquit tū est breuitas, cum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est, sed sæpe obest, vel maxime in narrando, non solum quod obscuritatem affert, sed etiam quod eam virtutem, quæ Narrationis est maxima, vt iucunda, et ad

persua

persuadendum accomodata sit, tollit. et paulo post. Sed et festiuitatem habet Narratio, distincta personis, et interpuncta sermonibus, et est probabilius, quod gestum est, ée dicas, cum quemadmodum sit actum, exponas, et multo apertius ad intelligendum est, si sic constituitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur. Non aliter Quintil: lib. 4. cap. 2. ait, Fortasse vbiq, in Narratione tamen precipue est tenenda via dicendi, quantum opus est, quantum satis est. Quantum opus est autem non ita solum accipi volo, quantum ad iudicandum sufficit, qa non inornata debet ée veritas. Nam & fallit voluptas, et minus longa quæ delectant, videtur: vt amœnum et molle iter, etiamsi est spatii amplioris, minus fatigat, quam durum aridumq, compendium. Non enim mihi vnquam tanta fuerit cura breuitatis, vt non ea quæ credibile fuerunt Oratione inseri velim, simplex enim, et vndiq, precisa, non tam Narratio potest vocari, quam confusio: et plerumq, qui breues ée volunt, obscuri fiunt. Nisi forte aliquis timeat multiloquio peccare. Ideoq, cum quodam Poeta prudenter omnia breuia componat. Ita siquidem aliquis pro suorum breuitate epigrammatum, defensionem scripserat.

Nostra tibi breuitas ignauia forte videtur, puerii carmina.
Crede mihi labor est, non leuis esse breuem.
Non facio vt multi qui multa et stulta loquuntur
Sermo meus stultus, fortè tamen breuis est.

A Narratione non debet excludi motus, cuius exemplum dat Cic. 3. in Verrem actione. vbi narrat flebiliter casum Philodami, atq, eius filii quem consenti erant propter defensam pudicitiam virginis. sic ergo, numero 76. Constituitur inquit in foro Laodiceæ spectaculum acerbum et miserum, et graue toti Asiæ prouinciæ grandis natu Parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius: ille quod pudicitiam liberorum, hic quod vitam Patris famamq, sororis defenderat. Flebat vterq, non de suo supplicio, sed hic de filii morte, ille de patris filius. Quid lacrymarum ipsum Neronem putatis profudisse! quem fletum totius Asiæ fuisse!

quem luctum et gemitum complacentorum! secari ee percussos ꝯes innocentes, nobiles, socios populi Romani, atq; amicos, propter hominis flagitiosissimi singularem nequitiam, atq; improbissimam cupiditatem &c. Tum de Catilina, et retorquet oculos profecto sepè ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam ee luget.

Quoad suauitatem Narrationis dico cum Cic: in partitionibus. Suaue aut' est genus diendi, quod tum in rebus, tum in verbis constituitur; fit aut' per admirationes, expectationes, exitus inopinatos, interpositos mores animorum, colloquia personarú, dolores, iracundias, cæterosq; affectus.

Dico 4. Confirmatione ee probationem ꝓpositionis, et hanc componi ex ratione, et rationis approbatione, et confutatione. In hac parte Orationis spectanda est connexio argumentorum, vt unum ex alio fluat. Collocabuntur vero argumenta primo et vltimo loco validiora, in medio imbecilliora, ad similitudinem militis in acie dispositi. Quod si confutandus fuerit aduersarius, duos porrigit modos Aristo: vel obijciendo aliquid, vel aduersarii argumentum, de suo loco deiiciendo. Alios præterea modos diluendi suggerit Cic: lib 3 de Inuent: et Quintil: lib 5, cap. 13. Aliter tamen ab accusatore firmissima argumenta adducenda sunt, aliter infirma, aliter media. quorum aliqua in iocos transfudenda sunt, vt Cic pro Quintio fecit cum Sulpitio, et Catone. Prol Pro Cluentio cum Sexto Næuio, Pro S. Roscio Amerino, cum Erucio, quos omnes facetè deridet. Nec Demosthenes iocandi facultate fuit destitutus. Nam cum ei Æschines obiecisset, quod in dicendo manum contineret in sinu, vernsto scomate eius sermonem excepit. Non oportet inquit in sinu manum habentem, concionari verum, Auro enim in legatione sua ad Philippum corrumpi se passus fuit Æschines. Admonemur vero a Cic: quod malechictio seu scomma, nihil habet ꝓpositi, ꝑter contumeliam, quæ si petulantius iactatur, conuitium; si facetius, vrbanitas nominatur.

Dico 5. Conclusionem ee vulgarem partem Orationis rem propriam, quæ tamen si adsibeatur, duo vt plurimum requirit. alterum enumerationem seu

repetitionē

repetitionem brevem eorum, quæ dicta sunt, alterâ vehementiâ effectuum. Ille enim est gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum in dicendo conciliat fidem. Vel ut Cassinius de amplificatione lib 5. cap. 2. ait Est inquit plenitudo quædam, quæ ex omnibus rerum adiunctis, terminis et locis roborat Orationem.

PRIMÆ PARTIS SECTIO TERTIA.

De forma Orationis Rhetoricæ, seu de elocutione.

Vtinam felicem eloquentiam ab anno 1694. formemus, et ordiamur: quo tempore ille antiquus et novissimus Dierum Vir naturam Humanam Societati divinitatis Suæ adiunctam repræsentavit: ipseq. æternus Pater Verbum carne Humana vestivit, ut afflictam consolaretur naturam, statum pristinum repararet, Sacreditatem recuperaret, totumq. populum more ferarum ducentem vitam, dispersum sua eloquentia convocaret, et convocato in uno verbo omnia eloqueretur, atq. illustraret. Eloquentia enim est, sola et una de summis virtutibus quædam vis et ingenii lumen: quod ut Hominis decus est ingenium, sic naturæ Humanæ, VERBVM incarnatum ornamentum. Ipsa deniq. eloquentia divina et Humana totius naturæ Humanæ, et ingenii nostri lumen esse videtur.

QVÆSTIO I.

An elocutio sit forma Orationis Rhetorica, & quid, et vnde sit.

Dico 1. Elocutionem ee formam. Illud enim vim formæ habet quod materiis inducitur tanquam anima: Eloquentia vero omnium materiarum siue Philosophicarú, siue Ecclesiasticarum, siue Ciuilis, vita et animæ est, turpium forma, tenebrarum lumen: angustæ Philosophiæ amplitudo. Atq; ita accidit, vt quemadmodum enim videntes, non ideo tantum eum oculis complectimur, quod corpus et animam habeat, sed si fuerit pretiosis vestibq indutus, et variis rebus ornatus, tunc eum laudamus, et admiramur; Ita Oratoné nemo laudare potest ex eo capite, quod res inuentionemq habeat in se doctam, sed quod res inuenta grauí ornata, copiosaq; prædita sit et commendata elocutione.

Dico 2. Elocutionem ee actum copiosum, seu amplitudinem Orationis Rhetoricæ. Ratio Conclusionis est. Quia illud debet ee pro forma Oratoris Rhetoricæ, per quod Orato Rhetorica a Dialectica discrepat: At quid sola id efficit amplitudo dicendi, eo quod Dialectica presse omnia probet, Rhetorica latissimè copioseq; res omnes oculis subiiciat humanis. Neq; tamen pro tua forma statui debet ornatus, qui est ex verbis et sententiis concinnatus. Nam ornatus sequitur amplitudinem, quæ varietate remota sententiarum et verborum, ipsa Oratoni maiestatem et ornatum affert. non secus atq; videre est, in hoc lucis mundiq; theatro: in quo cælum maiestatem ex sua capacitate et amplitudine Sole affulgente maiorem habet, quam dum occidente Sole, a stellis, aliisq; lucidis corporibus illustratur accipiat pulchritudinem. Neq; male de Rhetorica elocutione quispiam mereretur, qui eius verba et sententias stellas ee, seu quædam lucidiora corpuscula appellare: Hæc enim omnia si pro fundamento

primo

primo, et quasi Empyreo cœlo orationis amplitudinem non haberent, in ipso lumine tenebras, vel loco pulchritudinis in ipsa forma verborum sententiarumq; grauem deformitatem patereatur, neq; aliud est, quod primum in illa sponsa laudatur, quæ ad latus Regis cœlestis ornata constitit, quã amplitudo vestimenti, cum dicitur. Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato. quare sic non primum ponit elegium Reginæ, a vestitu circumdato varietate? sed ornatum illius laudat, ex vestis deauratæ amplitudine, cui varietas florum accessit, amplitudiniq; ornatum adiecit. Tum si hæc Regina, Sapientiam ipsam referebat, et non ab auro, hæc sapientia laudem, sed a vestitu deaurato accepit: quid aliud nobis dicendum erit! quam quod Sapientia, vt pote regina omnium scientiarum, a vestitus deaurati amplitudine, laudem consecuta fuerit: cum Dialectica Sapientia hæc talentum quidem auri sit, sed non Sapientiæ vestitus deauratus: vestis quidem aurea, sed brevis et levis: Oratoria vero facultas, ipsum et amplissimum, aureumq; vestimentum Sapientiæ, quæ diuitias et thesauros illius copia dicendi auget, amplificationibus parit maiestatem: eo quod eloquentia nihil aliud sit, quam copiose loquens sapientia.

DICO 3. Amplitudinem seu copiam elocutionis, vel ipsam elocutionem, ex verbis et sententiis comparari.

Dices, Si elocutio est ex verbis et sententiis sequitur quod non amplitudo sit forma Orationis Rhetoricæ: quia hæc est ex verbis ex sententiis. Respondeo. eã quid primum verba et sententias in executione, non tamen in intentione. Rhetorica enim primum intendit ex natura sua amplè seu fusè loqui, ad quam amplitudinem verba et sententias, reliquamq; supellectilem dicendi, aduocauit. Quia tamen duplex est ornatus, alter qui spectatur in ipsis aut verbis, aut sententiis, alter qui sequitur ex verborum, et sententiarum applicatione, prout vniuscuiusq; status Orationis

postulat. Tum hinc concludo, non acquiri pro Oratione Rhetorica ornatum præcisè ex verbis et sententiis, sed ex verbis et sententiis, qualitati materiæ Orationis seruientibus. Ad quod firmandum dictum meum, bene reuocare possum illud ex Confessionibus S. Augustini, in quibus dicit se aliquando scripsisse volumen de pulchro et apto, vbi duplicem pulchri considerationem dat; vnam, vt cum v.g. aurum pulchrum in se est: alterum, cum pulchritudinem aliam efficit, eo quod alicui rei apte adscribeatur. Quod si maiora paruis licet comparare!. Nonnè Deus ipse duplicem apud se rerum videt pulchritudinem, ex quibus ornatum huius mundi composuit. Tum si penetralia liceret adire Sapientiæ æternæ, eiusq; thesauros diuitiarum inquirere, nonnè certum est maiora creatis entibus et pulchriora, a Deo potuisse fieri. Quis negabit!. Verum si hæc omnia sub ratione et statu hodierna prouidentiæ creati videlicet vniuersi serie, in hanc lucem eduxisse, quamuis in se spectata entia quæq; pulcherrima forent, confusum redderent non pulchrum vniuersum. Exigentiam proportionis vniuersi Deus considerauit, ad quod construendum vniuersum, optimum illud elegit, non quod in entitate seorsum spectatum foret optimum, sed quod haberet congruentiam et proportionem, ad totum vniuersum. Optimi enim est (inquit Angelicus Doctor) agentis producere totum suum effectum optimum, non quo ad partem quamlibet totius, sed quo ad proportionem ad totum. Neq; aliter se habet oratio, quam vniuersum quoddam, in qua si quod verbum, et sententia in se pulcherrima grauissimaq; est, sine ratione proportionis, ad materiam exornandam conferatur, non modo puerilis, sed tota turpis, et vitiosa reddet Oratio, cui fuse dicendi facultas, et amplitudo eloquentiæ, primo formam postea ornatum confert, quem verba cum sententiis, pro ratione et statu –

materiæ

materiæ dicendi accomodata, pariunt, atq; augent.

Collige 1o. Elocutionem Oratoriam duxisse originem a Poetica elocutione. Vide Maiorag. in Oratione pro Poetica. Carbonem, lib. 1. de elocut: cap. 1. Ciceronẽ tusculanarum quæstione 1.

Collige 2. Differre elocutionẽ Oratoriam a Poetica; eo quod hæc certis ligetur numeris: Illa certum quidem, sed tamen solutum, et liberum habeat numerum.

Collige 3. Ornatum verborum et sententiarum debere pro qualitate cuiusq; materiæ adhiberi. Vnde Apelles, pictores eos peccare dicebat, qui non sentirent quid eẽt satis.

QVÆSTIO II.

An forma Orationis Rhetoricæ, seu, elocutio numerũ habeat: & quid sit periodus formæ Oratoriæ!.

DICO 1. Numerum tam in Oratione Rhetorica, quam in Poetica reperiri: illum vero rythmum, hunc metrum appellari. Vterq; pedibus constat: Sed in eo est discrimen, quod metrum requirat pedes, severioribus legibus catenatos: Rythmus, contentus sit ea pedũ positione, in qua suavis aliquis sonus, auribus blandiatur. Pedes autem præter cæteros a Poetis celebratos, tres præcipuè a Cicerone inculcantur. Duo Pæones, unus Dochimus. Pæon primus constat ex longa, et tribus brevibq, vt aspicite: Pæon tertius, ex tribus brevib. et longa, vt facilitas. Dochimus, ex Bacchio, et Jambo, vt Perhorrescerent. Itaq; numerus Oratorius, si tanta diligentia excolatur, vt in metrum abeat, insuavis erit. Cauendum igitur, ne incipiat a carmine, ne in carmen desinat Oratio.

Item, Si tanta negligentia numerus Oratorius relinquatur, vt Scopas quod aiunt, in componendo dissoluere videamur, non perpetrare iudicabimur, sed blaterare. Cicero lib. de Oratore concludit, numerum ei necessarium ee, qui velit ornatè dicere. Pro qua necessitate numeri adducit Aristo: et primâ adfert causam, quare numerus adsit adhibendus est, ne videlicet tanquam flumen aliquod, infinitè feratur Oratio, sed alicubi insistet. Non autem insistere debet Spiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, sed coacta numero. Alteram causam dat quod ea, quæ apta sunt et composita, beneq; disposita, longè maiorem vim habeant, quamquæ soluta sunt, et libera. quod ipsum confirmat similitudine, ab Athletis et gladiatoribus petita, qua ostendit, magnam vim, numerum in Oratione habere. Athletæ enim et gladiatores, in compositionibus, et commissionibus duo seruare solent: I. vt cautè aduersariorum plagas euitent: deinde, vt vehementer eos petant. Atq; cum diu fuerint in palæstra exercuerint, ordinatè, compositèq; procedunt: adeo, vt quicquid ad pugnam vtiliter faciant, idem etiam ad aspectum sit venustum, et spectatores magnopere delectet. Eodem modo etiã Orãtor, vehementer aduersarium petere non poterit, nisi petitio apta, compositaq; fuerit. Neq; aduersariorũ impetum cautè atq; occultè declinabit, nisi dum cedit, etiam decoris rãtionẽ habeat. Nam soluta numeris Oratio, neq; dignitatem vllam, neq; vim habere potest. Tum si oĩa vel numerosa sunt, vel ipsis numeris delectantur, necesse quoq; est Orationẽ egregium opus hominis, in quo pulcherrimè mentis calata est effigies, numerorũ legibus, compositam esse. Nam in orbe quidquid est, aut numerus est, aut ex numero constat. Deus siquidẽ oĩa fecit in numero, et pondere, et mensura. Imò Arist: species, seu rerũ essentias quendam ee numerum dixit: Ac deniq; res omnis creata et totum vniuersum

uersum, non aliter mouetur, nec alia lege, sua transit existentiæ spatia, quam in numero temporis, ex quo suas componit, et assignat, metiturq; horarum, mensium, et annorum periodos. Tempus enim commune, licet non primariò, secundariò tamen, non male definitur, esse numerus motus secundum prius ac posterius. Item si contingat Oratoribus, quospiam laudare viros tunc illud consuetum, apponunt elogiũ, cum dicunt, eos eé homines, oĩ numero absolutos. Sed neq; ille penitus a numeris excludi volult, vel abdomini natos excludere, qui dixit.

Nos numerus sumus, et fruges consumere nati.

DICO 2. In ipso numero confici colla seu membra, in membris commata: colon vero, est quodammodo sensus perfectus, sed suspensus. Demetrius tunc comparat cum manu, quæ ita pendet a corpore, vt in se cumulatè habeat naturæ suæ perfectionem.

DICO 3. Ex Collis, seu membris constitui periodum. Vt enim membra corporis, sunt partes totius corporis: sic membra periodi sunt partes illius.

DICO 4. Periodum male definiri (bene tamen describi) per ambitum comprehensionẽ, aut complexionẽ verborũ seu circuitum, conuersionem, orbem, clausulam, continuationem. Probatur. Quia ambitus, comprehensio, circuitus, et alia eis similia periodi nomina, ex aliquo priori esse tanquam suo fundamento, proueniunt.

DICO 5. Periodum esse completum sensum, ex colis seu membris, & incisis. Probatur, Cola et incisa sunt partes periodi, quæ sensum illius perficiunt, quo perfecto, nihil vltra ad iustam periodum desideratur. Vnde postquam completur ea membris suis periodus, tunc complexio seu circuitus, seu orbis, vel clausula verborum, sententiarumq; apparet. Addit ergo et con-

stituit pulchritudinem formæ Oratoriæ rotunditas periodi: ac sicut olim gloriata est Sponsa de pulchritudine Sponsi, in illud excurrens dictum, Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ Hyacynthis. Idem nos de forma elocutionis illius q; pulchritudine asserere audebimus. Nam vt periodorum membra sunt tanquam manus rotundæ (vt infra dicemus) Sic periodi sunt tornatiles manus totius Orationis, quæ ex se cumulatam faciunt Orationes completæ Oratio perfectionem, et aureæ quidem hæ manus, propter amplitudinem dicendi, plenæ hyacynthis, ppter grauitatem et pretium sententiarum.

QVÆSTIO III.

Quot formæ Oratoriæ, periodus partes, et membra periodi numeros habeat?.

Dico I. Ex diuersa constitutione periodorum, varia periodi nna inuenta ée: quarum quia aliqua periodus sensum, vel potius non tam sensum, quam aliquam in declamando rotunditatẽ, et membrorum circuitum, ad Oratoris Spiritum, et vocem accomodat: Ideo dicitur Secundum Hermog: pneuma seu Spiritus. Altera quia expeditè reserat vim argumenti, illiusq; decussum breuiter comprehendit, clauis appellatur: quod vt clauis ostium, Sic hæc breuiter aperit, et expedit sensum argumenti. Et hæc est communis Dialecticis et illis Oratoribus, qui concisas proferunt Orationes. Tertia Chiasmos est, a X litera Græca decussata, quæ crucis in figuram intersecat se duabus

obliquis

obliquis lineis. et Hæc plerumq; membris 4. constat. Vnde et Chiasmos figura est, in qua 4. propositis, tertium secundo respondet, et conuenit quartum primo: vel è contra.

DICO 2. In tota Periodi structura primariam esse legem, vt sit completus sensus, quem aurium iudicium ex numero partium exigit. Nihil enim numerosius illabitur, quam quod aurium sensu comprobatur. Itaq; cauendum est, ne periodus tantam in longitudinem extrahatur, vt Spiritus illius vincat contentionem. Item ne tantas concludatur in angustias, vt aures in ea breuitate non quiescant. Præterea cauendum, ne iusta periodi explendæ gratia, quo melius cadat aut voluatur Oratio, inania verba quasi complementa numerorum intrudamus. Hoc enim puerile est.

DICO 3. Periodos tribus quatuorue membris constitutas, eas perfectas absolutasq; videri. Quadrimembris Periodi in Oratione pro Cæcina (seu periodi Chiasmi) exemplum habemus? Si quando in agro loci q; desertis audacia tantum in foro esset atq; in iudiciis impudentia valeret: non minus in causa cederet A. Cæcinæ S. Æbutii impudentiæ, quantum in vi faciendæ cessit audaciæ. Et ex Demosthenis Olynthiaca 2ª Cauſinus exemplum aliud proponit. Etenim Philippus quo plura supra suam ipsius dignitatem fecit, eo plus habet apud omnes admirationis, vos autem viri Athenienses, quo peius quam par erat, rebus vestris estis, eo maiori dedecore afficimini.

DICO 4. Detrimembri, et quadrimembri periodo, regulam non esse perpetuam, quoniam frequenter accidit, vt aut citius insistendum sit, et tantum 2. aut 3. membra ponenda sint, aut longius procedendum, vt non tantum 4. sed etiam 5. aut 6. in vno ambitu membra ponantur. Hoc autem fit, ne si

breuis periodus fuerit, aures non impleantur, aut si nimis longa, obtundantur. Ergo periodus, aut vno membro clauditur, (vt quidam volunt, licet Cicero inferius dicat comprehensionem duobus membris non esse breuiorem. Sed nunc ponamus etiam vnius esse, vt pro A. Cluentio. Animaduerti Iudices, omnem accusatoris Orationem, in duas diuisam ee partes, Aut duobus contenta est. vt quæ res in ciuitate duæ plurimũ possunt. Hæc contra nos faciunt amba in hac tempore. Bimembris periodi creberrima Neotericus Stylus habet exempla; tum quæ per Antitheses solent proferri periodi, eæ plerumq; ex duobus constituuntur membris. Vel etiam tria periodus solet continere membra, vt. Antequam de rep: Patres Conscripti dicam ea quæ dicenda mihi hoc tempore adhibui exponam vobis breuiter consilium, et profectionis, et reuersionis meæ. Aut 4. quæ maxime commendatur, vt, Credo ego vos Iudices mirari, quid sit, quod cum tot summi Oratores, hinc nobilissimi sedeant; ego potissimum surrexerim, qui neq; ætate, neq; ingenio, neq; auctoritate sim cum iis qui sedeant comparandus. Fiunt etiam ex 5. membris periodi, vt initio pro C. Manilia, et pro Cornel. Balbo. Atq; è sex, vt pro P. Sestio, et deniq; è septem, vt pro Archia Poeta, et pro Milone; Verbo vno, cum Antonio Maioragio concludo, periodum sicut alia pleraq; in Oratoris prudentia sitam esse, vt videat quot è membris, sic et nunc plena sit vel ee exigat comprehensio. Illud tamen magnoperè cauendum est, ne tam longa sit, vt non commodè animo, atq; intelligentia comprehendi possit, quod vehementer vitiosum est. Hoc vero non accidet, quamuis longa periodus fuerit, si membra ipsa bene distincta fuerint, vt singula plenè sensum suum habeant, ac absoluant.

Dico 5. Membrorum in periodo partes esse commata, et in his

verba, et

verba, et in verbis syllabas. Nam cum membrum sit sensus numeris conclusus, per se tamen nihil efficiens, aut incisis, aut articulis constabit. Exempla membrorum sunt, vt v.g. Nec reip: consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti. Articulus vero dicitur, cum singula verba interuallis distinguuntur cæsa Oratione, vt si dicas, inimicos inuidia, iniuriis, potentia, perfidia sustulisti. Singula ergo verba, singulos conficiunt articulos, et ex articulis membra componuntur, ex membris integra periodus conflatur.

Quæres I. An in omnibus numeris deceat particulas æquales efficere: vel an melius sit, alias esse breuiores, et alias longiores. Respondeo. Hæc esse varianda, cum aut' numerosa fit Oratio seu periodus, habet quandam concinnitatem, et maximè cum paria paribus reddunt. Hoc est, cum membra parem habent numerum syllabarum, vel interuallorum, vt vnum alio, neq; breuius, neq; longius sit. vt initio Orationis pro A. Cæcinna, duo membra sunt prorsus paria, et syllabarum numero, et spatio temporum, vt. Si quanti in agro locisq; desertis audacia potest, tantum in foro, atq; in iudiciis, impudentia valeret &c. Illa vero pro P. Sestio, parem habent syllabarum numerum. Senatum obsideret, bona diriperet, ædes incenderet, tecta disturbaret. Sed non decet has particulas æqualiter semper incidere, verum interdum breuiores, interdum longiores faciendæ sunt. vt pro Lege Manil:. Plura bella gessit, quam cæteri legerunt: plures Prouincias confecit, quam alii concupiuerunt.

Quæres II. An talibus partibus vtendum sit singulis separatim, an pluribus simul! Rndeo, Interdum singulis separatim, vt Sycili-

am, adiit, Africam explorauit, inde Sardiniam cum classe venit.
Interdum pluribus simul, vt. Quis enim toto mari locus per 4os annos
aut tam firmum habuit præsidium, vt tutus esset! aut tam fuit abditus,
vt lateret. Vltimo, Oratoris prudentia iudicabit, quod et pubi paribus nu-
meris aut membris sit agendum. ne postea Oratione numerosa nimium,
auditori magnâ adferat satietatem, qui rebus magis, quam verbis, animum
aduertere solet. Cum autem, quadrimembris periodus laudatur, hoc fit ideo
vel maxime, quod sicut quadrata figura solida est, et in quamcunq; par-
tem cadat, semper sui similis: Ita et Orationis periodus, ex 4. membris com
posita firma esse debet, et quacunq; parte considerata fuerit, veritati si-
millima esse appareat. Hinc quadratus homo, dicitur sapiens et constans,
vt Arist: Ethicorum id docet. Quadratum aut, et in numero, et in figu-
ra, et in corpore dicitur. Numerus enim quilibet in seipsum multipli-
catus, dicitur quadratus. Figura vero, quæ lineas 4. æquales, et toti-
dem angulos rectos continet, quadrata est: corpus deniq; solidum qua-
dratum, qui Cubus etiam dicitur, duodecim habet lineas, omnes æquales,
octo, rectos angulos, sex æquales extremitates, adeò formatum, vt in quam-
cunq; partem ceciderit, semper rectum sit. Ex quo facile potest intelligi,
cur quadrum pro re perfecta, et absoluta ponatur. Huc accedit quod
antiqui, statuas Mercurii quadratas efficiebant, vt ostenderent Oratio-
nem constantem et stabilem, non aut fluxam et, mutabilem esse opor-
tere. Siquidem Mercurius eloquentiæ pater existimatur.

Collige ex Cassino, quod in principiis si probentur pedes, Cre-
ticus, vt. Nēminēm vestrum ignorare arbitror Iudices. Pæan, vt

beneficio sum vsus hactenus. Vel Levia sunt haec in toto hoc reo crimina. Dochimus. Catenas habebat hospes tuus, &c. Molossus, vt; Idem Verres qui fuit semper. Anapestus, vt Patior Judices. Claudendae Orationi seu periodo, apti pedes sunt, vt Creticus, et Dichoreus, Choreus et Molossus, Dochimus. Creticus duplex, et aliquando triplex. Creticus et Dactylus, Tribrachis, cum Spondeo. Choreus et Dispondeus. Tres Spondei. Iambus et Dispondeus.

DICO &. cum Erythio Puteano, summam esse necessitatem, maiorem difficultatem scientiae periodorum. nam vt ille dicit cap. 4. Non profecto tam obviae periodi quam nominantur, et quod mireris, non cuiusuis ingenii sive stili. Nectunt nonnulli verba aliqua aut phrases, etiam distinctam nescio quibus membris sententiam absolvunt, sed cum ingenium torserint, et Orationem fregerint, quia arte, et exercitatione destituti sunt, sine viribus loquuntur. Horum tam infelix conatus est, quam laboriosa temeritas. Id enim agunt, quod non didicerunt. Etiam scriptoris invadunt nomen, qui ne Latini quidem sunt, et cum puri sermonis proprietatem ignorent, caeco impetu ad Metaphoras audaciam confugiunt. Docti scilicet Oratores, si quae morose compingant stylo, nemo intelligat, et suadè oracula haberi debeant, in quibus magno Author ipse, sensum labore quaerit, nec invenit. Quaerisnè unde haec sartago loquendi venerit in linguas! Unde istud dedecus, in quo tros tulus exultat. Nimirum etiam in eruditione audere pulchrum est, sed si verum amamus, non se capientis animi tumor, in verborū hanc vanitatem ebullit, exultavit, casu non arte cruditus ille ingenii fertur, comma aut colon infelicitas facit, cum dicenda non occurrunt, et quod rideas Oraó citius aut liber. qm̃ pendus

impletur. Vti tales cum longi ee refugiunt, ne breues quidem sunt. Digni medius fidius, qui & ipsi periodi fiant, tam vanè rotunditatē periodorum affectant.

QVÆSTIO IV.

Vnde sit apparatus elocutionis.

Respondeo. Esse ex lectione Authorum et exercitatione. Conficiunt autem apparatum elocutionis, varietas dicendi, quæ fit per figuras; et suppellex locorum communis, quorum initium sit ab A.

varietatis dicendi initium ab A.

Accessus varii ad causas.

Diuinatione in Verrem, num: 5. Adductus sum iudices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine, institutoq; maiorum, vt onus hoc laboris, atq; officii, non ex meo, sed ex maiorum necessariorum tempore, mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res consolatur &c. Ibidem num: 15. At enim cur ame potissimum hoc præsidium petiuerunt: si esset dubium, petiissent a me præsidium, nec ne, dicerem, cur petiissent. Nunc vero cum id ita perspectum sit &c.

Verrina 4. num: 3. Vnde igitur potius incipiam, quam ab ea ciuitate, quæ tibi vna &c. Ibid. num: 36. Vetus est hæc opinio Iudices, quæ constat ex antiquissimis Græcorū numeris &c. Ibid: num: centesimo decimo quinto. Nemo ferè vestrum est, qui quemadmodum capta sint a M. Marcello Syracusæ sæpè audierim, nonnunquam etiam in annalibus legerim &c.

Verrina 5. num: 7. Vetus est quod dicam, et propter seueritatem exempli, nemini fortasse vestrum inauditum &c.

Pro C. Manilia, num: 3. Atq; illud in primis mihi lætandum iure eē videō, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua Oratō deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cnei Pompeii singulari eximiaq; virtute.

Pro Cluentio num: 10. Hoc loco faciendum mihi Judices est, vt Vobis breuiter illa, quibus Albius condemnatus est, crimina exponam &. Ibidem num: 11. Atq; vt intelligatis Cluentium non accusatoris animo, non ostentatione aliqua, aut gloria adductum, sed nefariis iniurijs quotidianis insidijs, proposito ante oculos vitæ periculo, nomen Oppianici detulisse paulò longius exordium rei demonstrandæ repetam: quod quæso Judices ne molestè patiamini. Principijs enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis &. Ibid: num 5. Hic ego cum ad respondendū surrexi, qua cura dii immortales! qua sollicitudine animi! quo timore! semper equidem magno cum metu incipio dicere, quotiescunq; dico, toties mihi videor in iudicium venire, non ingenij solum sed etiam virtutis atq; officij &. Ibid: circa finē Orationis eiusdem. Qua de re tota si vnum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam.

Pro. C. Rabirio. num. 6. Nunc quoniam T. Labiene diligentiæ meæ temporis angustias obstitisti &.

Pro Murena. num. 2. Et quoniam in hoc meo officio studium defensionis meæ ab accusatoribus, atq; etiam ipsa susceptio causæ repræsensa est, antequam pro L. Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam &.

Post reditū ad Quirites, num: 5. Quorsum igitur hæc disputo, quorsum? vt intelligere possitis, neminē vnquā tanta fuisse eloquentia, neq; tam diuino atq; incredibili genere dicendi, qui vestrorum &.

Pro domo sua. num: 2. 3. Sed quoniam ille demens sic ea quæ ego

per Eos dies in Senatu de rep: Sensi vituperasse &.

Pro Plancio num: 8. Itaq; quanquam qua volui iactua sim ingressus in causam, Sperare videor tantum assuturâ Oratóné meam &.

Pro Sestio. num 2. Ego aut: Iudices, qua voce mihi in agendis gratiis commemorandoq; eorum, qui de me optime &. Ibid: num: 5. Videor mihi ieciisse fundamenta defensionis meæ, quæ firmissima sunt, si nitantur iudicio Suorum.

Pro Milone. num: 1. Sed antequâ ad eam Oratóné veniam quæ est propria nostræ quæstionis, videntur eé ea refutanda &.

Pro Cornel: Balbo. num. 6. Hæc sunt omnia cùm plena laudis, tum propriâ Cornelii, nec in Eis crimen est vllum. Vbi igitur est crimen? &.

Philippica 2da num: 3. Cui priusquam de cæteris rebus respondeo, de amicitiâ, quam ame violatam esse criminatus est, quod ego grauissimum crimeñ iudico, pauca dicamus. Ibid: num: 4z. Jam enim queniam criminibus eius satis astendi, de ipso emendatore, et correctore nostro quædam dicenda sunt. nec enim omnia effundam, vt si sæpius decertandum sit, vt erit, semper nouus veniam: quam facultatem mihi, multitudo istius vitiorum, peccatorumq; largitur. Visne igitur vt te inspiciamus a puero. Sic opinor a principio ordiamur. Tenesnè memoria prælextatum te decoxisse! Patris inquies ista culpa est &. Et supra paulo ibid: At quanta meras Rhetori data est, audite. Ibid: num: 47. Sed reliquum vitæ cursum videte; quem quidem celeriter perstringam. Ad Hæc enim quæ in ciuili bello, in maximis reip: negotiis miseriis fecit, et ea quæ quotidie facit, festinat animus.

Pro Cæcinna. num: 42. Venio nunc ad illud tuum &c. Ibid: num 77. Hoc loco percommodè accidit, quod non adest is, qui paulò ante astitit, et

desse nō

adesse nobis frequenter in hac causa solet. Vir ornatissimus &. Nam ipso praesente de virtute eius et prudentia, timidius dicerem, quod et ipse pudore quodam afficeretur ex sua laude, et me similis ratio pudoris, a praesentis laude retardaret &. Non vereor de tali viro, nec plus dicam, quam vos aut sentiatis, aut apud vos commorari velitis. Quapropter hoc dicam, nunquam eius auctoritatem nimium valere, cuius prudentiam populus Romanus in cauendo, non in decipiendo perspexerit &.

APOSTROPHE et Interrogationes.

Interrogationes.

In proemio Verrinarum. Quapropter primum a Diis immortalibus quid sperare mihi video! hoc idem &.

Actione 1. num: 42. Nolite quaeso Iudices breuitate orationis meae potius quam rerum ipsarum magnitudini &. Ibid: num: 72. Verum ista damnatio cuiusmodi fuit! audite quaeso Iudices, et aliquando miseremini sociorum, et ostendite. Ibid: num. 94. Quid expectas, an dum ab inferis ipse malleolus existat, atq; abs te officia, tutelae, sodalitatis, familiaritatisq; flagitet: ipsum putato adesse homo auarissime, et spurcissime, redde bona sodalis filio, si non quae abstulisti ad quae confessus es. Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum dolore et querimonia emittere.

Actione 4. num: 69. Hoc loco Quinte Catulle te appello, loquor enim de tuo clarissimo pulcherrimoq; monumento &. Ibid: num: 79. Te nunc Publi Scipio, te inquam lectissimum ornatissimumq; adolescentem, appello, abs te officium tuum debitum, generi et nomini requiro, et flagito.

Actione 5. num: 183. Nunc te Iuppiter optime maxime, cuius iste donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atq; ista

arce omnium nationum dignum regio munere tibi factum ab regibus, tibi dicatum atq; promissum per nefarium scelus de regiis manibus extorsit, cuiusq; sanctissimum et pulcherrimum simulacrum Syracusis sustulit. Teq; Iuno Regina, cuius duo fana, duabus in Insulis posita sociorum &c. Teq; Minerua, quam idem iste duobus in clarissimis et religiosissimis templis expilauit &c. Teq; Latona, et Apollo, et Diana, quorum iste Dely non fanum, sed, vt hominum opinio et religio fert, sedem antiquam &c. Cliam te atq; etiã Diana, quam Pergæ spoliauit &c. Teq; Hercules, quem iste Agrigenti nocte intempesta ceruorum instructa et comparata manu conuellere ex suis sedibus &c. Teq; sanctissima Mater Idæa, quem apud Enguinos Augustissimo &c.

In ipso fine num 187. Vos etiam atq; imploro et apello sanctissimæ Deæ, quæ Binenses lacus lucosq; incolitis, cunctaq; Sicilia, quæ mihi defendenda tradita est, præsidetis.

Pro Cluentio num: 80. Abs te peto Oppianice, vt me inuitum de patris tui causa dicere existimes, adductum fide, atq; officio defensionis.

Pro C. Rabirio perduellionis reo num 5. Quæ cum ita sint, primum quod in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarumq; omnium fieri necesse est, primum ab Ioue Optimo Maximo, cæterisq; Diis, Deabusq; immortalibus, quorum ope & auxilio &c. Deinde vos Quirites, quorum potestas proxime ad Deorum immortalium Numen accedit, oro atq; obsecro &c.

Prima Catilina, num: 33. Tu Iuppiter qui iisdem quibus hæc vrbs auspiciis a Romulo es constitutus, quem statorem huius vrbis atq; imperii vere nominamus: hunc et huius socios, a tuis aris cæterisq; templis, a tectis vrbis, a-

manibus

manibus, a vita fortunisq. ciuium omnium arcebis, et omnes inimicos bonorum, hostes patriæ, latrones Italiæ &c.

Pro Flacco num ~~11~~ 102. Tu, tu Flacce prætor, communis exitii nuntios cepisti: tu inclusam in literis reip: pestem deprehendisti, tu periculorum indicia, tu salutis auxilia ad me, et ad Senatum attulisti. Quæ tibi tum gratiæ a me sunt actæ! &.

Pro Sylla. num: 90. O dii immortales! Vobis enim tribuam, quæ vestra sunt, nec vero possum meo tantum ingenio dare, vt tot res tantas tam varias, tam repentinas, in illa turbulentissima reip: tempestate, mea sponte despexerim &. Ibid: num: 86. Quamobrem Vos dii patrii ac penates, qui huic vrbi atq. huic imperio præsidetis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populumq. Romanum, qui hæc tecta atq. templa &c.

Pro domo sua num 104. O dii immortales (Vos enim hæc audire cupio) P. Clodius vestra sacra curat! vestrum Numen horret! res omnes humanas religione vestra contineri putat! hic non illudit auctoritati horum omnium qui adsunt summorum virorum, non vestra pontifices grauitate abutitur? ex isto ore, religionis verbum excidere &c. Ibid: num 103. O Q. Catule, patremne appellem an filium! recentior memoria filii est, et cum rebus meis gestis coniunctio; tantumne te fefellit, cum mihi summa et quotidie maiora præmia, in republica fore putabas! &. Ibid. num: 104. Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum, propter vim maximum nominauit, teq. Iuno Regina, et te custos vrbis Minerua, quæ semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum extitisti, precor ac quæso: vosq. qui maxime me repetistis atq. reuocastis &.

Oratione de Haruspicum responsis num: 33. Te enim appello Rufine, et te Philippe, ex hoc Haruspicum responso decreuit Senatus, vt de locis sacris, religiosis ad hunc ordinem referretis. Potestisne referre de mea domo! &.

Ibid: num: 23. Te appello Centule, tui Sacerdotii sunt tensæ &. Vosq; Pontifices, ad quos epulones Iouis optimi Maximi. si quid est prætermissum, aut commissum afferunt. Ibid: num: 25. Prò dii immortales, qui magis nobiscum loqui possetis, si essetis, versareminiq; nobiscum &.

Pro Sextio, num 45. De quo te, te inquam patria obtestor, et vos penates, patriiq; Dii, me vestrarum sedium templorumq; causa, me propter salutem meorum ciuium, quæ mihi semper fuit mea carior vita, dimicationem eademq; fugisse &. Ibid: num: 93. O Dii immortales, quem nam ostenditis exitum nobis, quam spem datis! quotusquisq; inuenietur tantæ virtutis vir, qui optimam quamq; causam reipi: amplectatur.

Pro Coelio num: 59. Pro Dii immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis, aut conniuetis, aut præsentis fraudis pœnam in diem reseruatis.

Oratione in Pisonem num: 28. Crasse pudet me tui, quid est quod confecto formidolosissimo bello, coronam illam auream, tibi tantopere decerni volueris a Senatu. Publi Seruili, Q. Metelle &.

Pro Milone num: 45. Sed quid ego argumentor? quid plura disputo. te Q. Petilli appello, optimum, et fortissimum ciuem: te Marce Cato testor, quos mihi diuina quædam sors dedit Iudices. Vos ex Marco Fauonio audistis. &.

Ibid: num: 86. Vos enim Albani tumuli atq; luci, Vos inquam imploro, atq; obtestor, Vosq; Albanorum obrutæ aræ, Sacrorum Romani populi Socie, et æqua

les, quas ille

les, quas ille præceps amentia cæsis prostratisq. sanctissimis lucis &. Ibid: num: 101. Nunc me vna consolatio sustentat, quod tibi o Tite Anni, nullum a me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. &c. Ibid: num: 102. Vos, vos appello fortissimi viri, qui multum pro rep: sanguinem effudistis, vos vos, in viri, et in ciuis inuicti appello periculo, centuriones, vosq. milites &.

Philippica 2. num 1015. Recordare igitur illum M. Antoni diem, quo dictaturam sustulisti: pone ante oculos lætitiam senatus populiq. Romani &.

Ibid: num. 1018. Respice quæso aliquando rempi: Marce Antoni: quibus ortus sis, non quibus cum viuas considera &.

Philippica 3. num: 27. O Cai Cæsar (adolescentem appello) quam tu salutem reip: attulisti! quam improuisam! quam repentinam! qui enim hæc fugiens fecerit &.

Philippica 12, num: 15. Quæro igitur a te Piso, nonne oppressam rempi putes, si tot tam impii ciues, tam audaces, tam facinorosi recepti sint &. Eodem numero paulò infra. Vbi sunt Cai pansa, illæ cohortationes pulcherrimæ tuæ, qbus a te excitatus senatus, inflammatus populus Romanus non solum audiuit, sed etiam didicit, nihil esse homini Romano fœdius seruitute &.

Amplificationes illustriores, et Hyperbolæ.

In proemio Verrinarum num: 15. Vt enim hæc commissa sunt ab isto, vt non cognita sunt ab omnibus, neminem esse arbitror &. arbitror neminem, qui nomen istius audierit, qui facta quoq. eius nefaria commemorare possit, vt mihi magis timendum sit, ne multa crimina prætermittere, quam ne quam in ipsum finire existimem.

Actione I. in Verrem num: 21. Quis est in populo Romano, qui hoc non ex priore actione, non abstulerit, omnium ante damnatorum scelera, furta flagitia, si in unum locum conferantur, vix cum ea cuius parua parte aquari conferrique possit.

Actione 2. in Verrem, num: 79. Hunc hominem in numero Iudicum habebimus? hic alteram curiam Senatoriam Iudex obtinebit? hic de capite libero iudicabit? huic iudicialis tabella committetur? quam iste non modo cera, verum etiam sanguine, si visum erit notabit. Ibid: num. ~~1191~~. 195. Laudantur Oratores veteres, Crassi illi, et Antonii, quod crimina diluere dilucidè, quod copiosè reorum causas defendere solebant. Nimirum illi non ingenio solum his patronis, sed fortuna etiam præstiterunt. Nemo enim tunc ita peccabat, vt defensioni locum non relinqueret, nullus ita viuebat, vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers.

Actione 3. in Verrem num: 47. Nam cum quadriennio post in Siciliam venissem, sic mihi affecta visa est, vt ea terra solent, in quibus bellum acerbum, diuturnumq; versatum est, quos ego campos antea, collesq; nitidissimos, viridissimosq; vidissem, eos ita vastatos nunc ac desertos videbam, vt ager ipse culturem desiderare, ac lugere dominum videretur.

Actione 4. num: 1. Nego in Sicilia tota tam locupletem, tam vetere prouincia, tot oppidis, tot familiis tam copiosis, vllum argenteum vas, vllum Corynthium, aut Deliacum fuisse: nego vllam gemmam, aut margaritam fuisse, aut quidquam ex auro, aut ebore factum, signum vllum æreum &c.

Ibid: num: 112. Erne tu simulacrum Cereris tollere audebas? Ennæ tu de manu Cereris victoriam eripere? et Deam Deæ detrahere conatus es? eorum nihil violare, nihil attingere ausi sunt, in quibus erant omnia, quæ scelori propiora sunt, quam religioni.

Actione 5ª. num. 139. Virgis quam multos ceciderit, quid ego commemorem! tantum breuissime dico Iudices. Nullum fuit omnino isto prætore in hoc genere discrimen. Itaq. iam consuetudine ad corpora ciuium Romanorum, etiam sine istius nutu quærebatur manus ipsa lictoris. Num potes hoc negare Verres &.

Ibid: num: 144. Versabatur in Sicilia, longo interuallo alter, non Dionisius ille nec Phalaris. Cluit enim illa quondam multos et crudeles tyrannos) sed quoddam nouum monstrum ex Veteri illa immanitate, quæ in iisdem locis versata esse dicitur. &.

Ibid: num 148. Si quis Rex, si qua ciuitas exterarum gentium, si quæ natio feciſset aliquid, in ciuem Romanum eiusmodi, nonne publice vindicaremus! non bello persequeremur! posemus hanc iniuriam, ignominiamq. nominis Romani inultam impunitamq. dimittere &. Ibid: num: 170. Si hæc non ad ciues Romanos, non ad aliquos amicos nostræ ciuitatis, non ad eos qui populi Romani nomen audiſſent: denique si non ad homines, verum ad bestias, aut etiã vt longius progrediar, si in aliqua desertiſsima solitudine ad saxa et scopulos hæc conqueri, et deplorare vellem, tamen omnia muta, atq. inanima

Pro Lege Manilia num: 28. Quis igitur hoc homine scientior vnquam aut fuit aut esse debuit! qui è ludo atq. pueritiæ disciplina, bello maximo atq. acerrimis hostibus ad patris exemplum exercitum, atq. in disciplinam militiæ profectus est, qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris &.

Pro Cluentio num: 48. Quis vnquam audacior! quis nocentior! quis apertior in iudicium adductus est! quod ingenium! quæ facultas dicendi, quæ a quoquam excogitata defensio, huic vni crimini potuit obsistere &.

Ibid: num 188. Quod hoc portentum Dii immortales, quod tantum monstrum in iis locis, quod tam infestum scelus ac immane, aut vnde natum esse dicamus. Ibid: num: 92. Iam vero, quod iter Romam eius mulieris

fuisse

fuisse existimatis, quod ego propter vicinitatem Aquinatium &.

Pro Flacco. num: 103. Quis tum animus L. Flacci (nihil dicam enim de me) qui amor in patriam! quæ virtus! quæ grauitas extitit! Sed quid ea commemoro quæ tum cum agebantur, pro consensu omnium, vna voce populi Romani, vno orbis terræ testimonio, in cælum laudibus efferebantur. Nunc vereor ne non modo non prosint &.

Pro Sylla num: 26. Nolite Iudices arbitrari, hominum illum impetum et conatum fuisse, neq; enim vlla gens tam barbara, aut tam immanis vnquã fuit, in qua non modo tot, sed vnus &.

Pro domo sua ad Pontifices. num: 15. Nam quid ergo illa diuina atq; immortalia municipiorum et coloniarum, et totius Italiæ decreta commemorem! quibus tanquam gradibus mihi videor in cælum ascendisse, non solum in patriam reuersisse! Ille vero dies quis fuit! cum te Publi Lentule, legem de me ferentem populus Romanus ipse vidit, sensit, quantus, et quanta dignitate esses!

De Haruspicum responsis, num: 59. Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriam sunt edita. quid, quæ in singulos ciues quos necauit! socios quos diripuit! Imperatores quos diripuit! prodidit! exercitus quos tentauit! Quid vero! ea quanta sunt, quæ in se ipsum scelera, quæ in suos edidit! quis minus vnquam pepercit castium castris, quam ille omnibus corporis sui partibus! quæ nauis vnquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius ætas fuit &.

Pro Publio Sextio. num: 128. Quem enim vnquam Senatus ciuem nisi me nationibus exteris commendauit! cuius vnquam propter salutem nisi meam Senatus publice sociis populi Romani gratias egit &.

Pro Lucio Cornel: Balbo. num: 9. Quid enim abest huic homini, quod si adesset, iure hoc tribui et concedi putaremus, vsusne rerum! qui pueritiæ tempus extremum principium habuit bellorum, atq; imperiorum maximorum! cuius

pleriq; ar

pleriq; æquales minus sæpe castra viderunt, quam hic triumphauit! qui tot habet triumphos, quot ore sunt, partesq; terrarum! tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorum. An ingenium! cum etiam ipsi casus euentusq; rerum non duces, sed comites eius consiliorum fuerint &c.

De prouinciis consularibus, num: 29. Amœnitas enim credo locorum, urbium pulchritudo, hominum nationumq; illarum humanitas, et lepos, victoriæ cupiditas, finium imperii nostri propagatio retinet. Quid illis terris asperius! quid oppidis incultius!.

In Pisonem num 42. Nam ille gurges atq; Helio, natus abdomini suo non laudi, atq; gloriæ, cum equites Romanos, Ibid: num: 52. At meus quidem is fuit, vt a Brundusio vsq; Romam, agmen Italiæ totius viderem. neq; enim negotio fuit vlla, neq; municipium! neq; præfectura atq; Colonia, ex qua non publice ad me venerint gratulatum. Quid dicam aduentus meos! quid effusiones ciuium ex oppidis! &c. Ibid: num: 62. Lucius Crassus homo sapientissimus, nostræ ciuitatis, speculis prope seruatus est alpes: vt vbi hostis non erat, ibi triumphi causa aliquem quæreret &c.

Attentiones.

Pro Quinctio num: 4. Quæ quo plura sunt Caii Aquili, eo te, et eos qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra vera audire oportebit. Ibid: num: 34. Verum quian tibi instat Hortensius, vt eas in consilium a me postulat, ne dicendo tempus absumam. &c. Ibid: num: 79. Quod abs te C. Aquili et a vobis qui adestis in consilio, quæso vt diligenter attendatis.

In proœmio Verrinarum. num: 16. Quam spem nunc habeat in manibus, et quid moliatur, breuiter iam Judices vobis exponam, sed prius vt ab initio res ab eo constituta sit, quæso cognoscite. vt primum è Prouincia rediit &c. Ibid: num: 48. Postremo ego causam sic agam Judices, eiusmodi res ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, vt nemo a verbis.

Actione 3. num: 10. Verum hæc dicentur alio loco, et dicta sunt: nunc proficiscamur

de reliqua Si pauca ante erimus a vobis Iudices deprecati. Superiore omni Oratione per attentos vestros animos sabuimus. id fuit nobis gratum admodum, sed multo erit gratius, si reliqua voletis attendere &c.
Ibid: num: 30. Attendite Iudices, omnibus enim mihi neruis contendendum est, atq in hoc elaborandum, vt omnes intelligant, quam improbam, quam manifestam &c.
Actione 4. num: 2. Magnum videor dicere. Attendite etiam quemadmodum dicam. Non enim verbi neq criminis causa augendi complector omnia &c. Ibid: num: 102. Nunc eadem illa quaeso audite, et diligenter sicut adhuc fecistis attendite.
Pro Cluentio. num: 6. Quamobrem a vobis Iudices, antequam de ipsa causa dicere incipio, hoc postulo, primum id quod aequissimum est &c. Ibid: num: 7. Sed si quis mihi deus vestram ad me audiendum beneuolentiam conciliarit: efficiam profecto, vt intelligatis, nihil esse homini tam timendum, quam inuidiam &c.
Pro Sylla. num: 33. Itaq attende iam Torquate, quam ego non defugiam Authoritatem consulatus mei. Maxima voce, vt omnes exaudire possim. dico semperq dicam, adesse omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magopere lator. erigite mentes auresq vestras, et me de inuidiosis rebus, vt ille putat dicentem attendite.
De Haruspicum responsis num: 20. Quare ne plura de re minime loquar dubia, adhibete animos, mentesq vestras, non solum aures.
Pro Plancio num: 2. Nunc aut vester Iudices conspectus, et consessus reficit, et recreat mentem meam cum intueor, et contemplor vtrumquemq vestrum videor enim &c. Ibid: num: 3. Petam a vobis Iudices, vt cuius misericordia, salus mea constituta sit, ei vos vestram misericordiam deprecantem me tribuatis.
Pro. Sextio. num: 5. Sed quoniam singulis criminibus caeteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sextii, de genere vitae, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos. Ibid: num: 11. Itaq vt illius temporis atrocitatem recordari possitis, audite literas, et vestram memoriam, ad timoris praeteriti

cogitat

cogitationem excitate. Ibid: num: 35. Et si me attentissimis animis, summa cum benignitate auditis Judices, tamen vereor, ne quis forte vestrum miretur, quid sit mea Oratio tam longa, et tam alte repetita velit. Ibid: num: 36. Expono enim hodierno die Judices, amnem rationé facti et consilii, neq; huic vestro tanto studio audiendi deero. Ibid: num: 98. Rem quaeris praeclaram, iuuenituri adolescendum, nec mihi difficilem ad perdocendum de qua pauca Judices dicam, et si arbitror, nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab ipsa causa P. Sextii, abhorrebit Oratio mea.

De Prouinciis consularib. num: 2. Sed ego in hac sententia dicenda, non parebo dolori meo, nec iracundiae meae, quo animo vnusquisq; vestrum debet esse in illos, sit ei.

Pro Cornelio Balbo. num: 19. Omittam igitur Pompeium, iam Oratione mea reliqua, Sed vos Judices, animis ac memoria tenetote, de lege, de factore.

Pro Milone num: 4. Quamobrem adeste animis Judices, et timorem si quē habetis deponite. Nam si vnquam de bonis et fortibus viris.

Ex Bentii Oratione 4. Quaeso adolescentes, vt quia summa voluntate, et egregia animi clauitate estis, erigatis mentes aureasq; vestras, et me de iis studiis, quibus vos et eum fructu, nec sine laude delectamini, breuiter dicentem audiatis. Ex decima eiusdem. vos quaeso cum hoc narro, illud vobiscum cogitate, me vel vt vos a principio delecturem, dicere voluisse, vel vt me ipse admonerem, tacere non potuisse. Ex 11. eiusdem. Audite vos igitur, qui huc auidi hodie venistis, audite inquam, me utilia quadam potius, et salutaria &.

Ex Gallitii Orat: 1ª. Quae quoniam a vestra mihi prudentia ac humanitate facile credo explanatum, in istius benevolentiae vocante iam aura, vela pandam Orationi.

Ex Orati: 18. eiusdem. Quae dum ego summatim breuiterq; percenseo, quaeso vos dud: diligenter attendite, vt de re tota, vestro ipsi suffragio decernatis.

Ex Etmundi Campiani Orat: 2. Quare patimini obsecro paucis apud vos, qui amplissimam huiusce ciuis dignitatē reuerenter colitis, de hac ipsa tutela, ac defensione

potentissima, quâ Maria Mater Dei fidelibus vbiq; repræsentat, et exhibet, simplicissimè differentem.

Ex Orat: 2. eiusdé. Ingrediar igitur, in præstantem et fœcundam rem, cœlo terraq; plaudentibus Aud: et ne multiplici dispatus materia, aut prolixus fiam, certos mihi terminos, cancellosq; determinabo, quibus ea complectar, non quæ dici omnia possunt, sed quæ præteriri nullo modo possunt.

Ex Nigronii Orat: 3. Quare vos vnum illud oro atq; obtestor, per vestram præclaram indolem, ingenii, morum, virtutis, perq; illam cupiditatem gloriæ, qua vos liberalis ambitio excitat, vt oculos mentis in eloquentiam intendatis acerrimè, dum eius vim, ac potestatè, gratiam eius atq; pulchritudinem vobis demonstro.

Ex 3. Orat: eiusdem. Quam disputationem cum explico et expedio, vos oro et obtestor, vt attentè audiatis, qui spe humanitatis vestræ fretus, plus aliquanto complexus sum.

Ex Orat: 4. eiusdem. Humanitas vestra et attentio, prolixe mihi pollicentur. adolescentes, vt hæc Oratio mea vestris intenta commodis, et rationum onusta momentis, non modo non prætervolet aures, quas erectas video, sed etiam in vestris animis fixa.

Ex Orat: 9. eiusdem. Qua in disputatione tanto vos conuenit, solito attentiores ad audiendum esse, tantoq; ardentiores ad amplectenda salutaria, de exercitatione dicendi præcepta, quæ tradentur, quantum res ipsa tractandi vobis vtilior est futura.

Ex Orat: 10. eiusdem. Prosperè feliciterq; Orationem instituo, ad portum vsq; nauigaturam, spero quod sit cùm ad multorum vtilitatem comprobatè, tum in primis ad Dei Opt: Max: laudem directam, cuius numen et auxilium, vt Christianum Oratorem decet, iure tam difficili, etiam atq; etiam imploro, et exposco.

Ex Orat: 14. eiusdem. Cuncta intelligo eiusmodi esse Audit: quæ non modo hæc me sperare iubent, id quod Oratorem natura imbecillum, nec artè magnopere instructum, mirificè recreent. Sed etiam quæcunq; desiderari solent in orando, mediocre de metipso, de verbis omnia cumulatè pollicebitur.

Benevolentia captuti

Incipientia a. B.

Beneuolentiæ captatio a ſua perſona.

Pro Archia Poeta. num: 1. Si quid eſt in me ingenii Judices, quod ſentio quam ſit exiguum, aut ſi qua exercitatio dicendi, in qua non inficio mediocriter me eſſe verſatum &c.

Pro Flacco, num: 1. Cum in maximis periculis Cuius Urbis, atq. imperii grauiſſimo, atq. acerbiſſimo reip: caſu ſocio atq. adiutore conſiliorum periculorumq. meorum C. Flacco, eadem a nobis coniugibus, liberis noſtris, vaſtitatem ad tempus delubris Urbe Italia depellebam &c.

Pro C. Rabirio perduellionis reo, num: 1. Etſi Quirites non eſt mei conſuetudinis initio dicendi rationē reddere, qua de cauſa quenquam defendam, propterea quod cum oibg ciuibus in eorum periculis ſemper ſatis iuſtam mihi cauſam neceſſitudinis eſſe duxi.

Beneuolentia per commiſerationem.

Pro P. Sylla num: 1. Maxime vellem Judices, vt P. Sylla, et antea dignitatis ſuæ ſplendorem obtinuiſſet, et poſt calamitatem acceptam, modeſtiæ fructum aliquem potuiſſet percipere.

Ab aduerſariorum perſona in odium tracta.

Ex reſponſione Cic: in Criſpum Sal: num: 1. Ea demum magna Voluptas eſt Criſpe Saluſti, æqualem et parem Verbis vitam agere, neq. quidquam tam obſcænum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua reſpondeat, vt omnis ratio moribus conſonet.

Ab adductione in contemptum.

In Vatinium num: 1. Si tua tantummodo Vatini quid indignitas poſtularet ſpectare voluiſſem, feciſſem id, quod tis vehementer placebat, vt te cuius lati-

monium propter turpitudinem vitæ, sordesq; domesticas nullius momenti putare-
tur, tacitus dimitterem.

Ab Auditorum rebus præclarè, liberaliter, et forti ter gestis &c.

Apud Q. Curtium Darii exordium. Si cum ignauis et plurimis qualemcunq; vitâ honesta morte æstimantibus fortuna me iunxisset, tacerem potius, quam frustra verba consumerem, sed maiore quam vellem detrimento, et virtutem vestram expertus, magis etiam conniti debeo, vt dignus talibus amicis sim &c.

Orat: post: reditum in Senatu num: 1. Si P. Conscripti pro vestris immortalibus in me fratremq; meum, liberosq; nostros meritis parum vobis cumulatè gratias egero, quæso obtestorq; ne vitæ nostræ potius, quam magnitudini vestrorum beneficiorum id tribuendum putetis. Quæ tanta enim potest existere vbertas ingenii! quæ tanta dicendi copia! quod tam diuinum atq; incredibile genus orationis! quæ &c.

C. ## CLIMACES, seu GRADATIONES

Pro Quinctio num: 95. Miserum est, exturbari fortunis omnibus, miserius est iniuriari. Acerbum est ab aliquo circumueniri, acerbius a propinquo. Calamitosum est bonis euerti, calamitosius cum dedecore. Funestum est a forti viro atq; honesto iugulari, funestius ab eo, cui vox præconio quæstu prostitit. Indignum est a pari vinci, aut superiore, indignius ab inferiore atq; humiliore. Luctuosum est tradi alteri cum bonis, luctuosius inimico. Horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere.

Vltima Verrina, num: 169. Facinus est vinciri Romanum ciuem, scelus verberari, prope parricidium necari, quid dicam in crucem tollere! verbo satis digno res tam nefaria appellari nullo modo potest.

CONCESSIONES.

Pro Flacco, num: 96. Citemus igitur Centulo, parentemus Cethego, reuoce. mus eiectos.

Pro. Quinctio num: 56. Verum quoniam tu id tibi arrogas, et concedi postulas concedamus.

Pro. Sexto Roscio Amer: num: 8. Postremo si praeter eam praedam, quam dixi quidquam aliud causa inuenerint, non recusamus, quin illorum libidini S. Roscii Vita dedatur.

Pro. Marcello, num: 23. Sed tamen cum in animis hum tantae latebrae sint et tanti recessus, augeamus Jane Suspicionem tuam, simul enim augebimus et diligentiam.

Pro Ligario. num: 36. Sed ierit ad bellum, discesserit non ate solum, verum etiã a fratribus, qi te orant tuis.

Verrina 3a. num: 13. Confringat iste Jane vi sua consilia Senatoria, quaestiones omnium prerumpat, euolet ex nostra Jeueritate, mihi credite arctioribus apud pop: Rom: laqueri tenebitur.

Verrina 5. num: 28. Verum esse reperietur aliquis fortis et experiens Orator. Ibid: num: 119. Verum hoc quoq; vobis remitto, negligite praterita si vultis, sed ne reliquas spes turbetis, atq; omnes prouincias euertatis. Id prouidete, ne auaritia, quae antea occultis itineribus atq; angustis vti solebat, auctoritate vestra viam patefaciatis latam, atq; illustrem.

Vltima Verrina, num: 9. Haec eadem nunc ab illis defensionis ratio visq; tentatur, idem quaeritur: sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium, vitiorumq; princeps, at est bonus Imperator, ac felix, et ad dubia reip: tempora reseruandus.

COMPARATIONES.

Pro Fonteio num: 3. vsq; ad 6. Est in eadem prouincia Narbo Martius, Colonia nostrorum ciuium, Specula Rom: populi, ac propugnaculum, ipsis nationibus oppositum et obiectum.

Pro Quinctio. num 13. Non comparat se tecum gratia P. Quinctius. Sexti Naeui

non opibus, non facultate contendit, omnes tuas artes, quibus tu magnus tibi concedit fatetur, se non bello dicere, non ad voluptatem loqui posse, non ab afflicta amicitia trahfugere, atq ad florentem aliam deuorare.

Pro Roscio Amerino, num: 88. Restat Judices vt hoc dubitemus, vter potius S. Roscius occiderit: is ad quem morte eius diuitiæ venerint: an is ad quem mendicitas &.

Ibid: num: 118. Quid tandem quæso Judices! num aut ille lanista, omnino iam a gladiis recessisse videtur! aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere, par est auaritia, similis improbitas &.

Pro Roscio Comœdo. num: 20. Oro atq obsecro vos, qui nostis, vitam, inter se vtriusq conferte: qui non nostis, faciem vtriusq considerate, nonnè ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, et clamitare callicitatem videntur &.

Vltima Verrina, num: 124. Vestros quondam Nautas contra Carthaginem Scipio duxit, at nunc naues, contra prædones pene inanes Cleomenes ducit.

Verrina I. num: 61. At vide quid differat inter meam at tuam opinionem. Tu cum omnibus rebus inferior sis, tar vna in re mihi anteferri putas oportere.

Pro Marcello. num: 5. Soleo sæpè ante oculos ponere, idq libenter crebris vsurpare sermonibus, omnes nostrorum Imperatorum: omnes &.

Ibid: num: 8. Domuisti gentes immanitate barbaras &. Et num: 9. Itaq Cæsar, bellicæ tuæ laudes celebrantur &.

Vltima Verrina. num: 114. Nihil addi iam videtur Judices, ad hanc improbitatem amentiam.

Pro Rege Deiotaro, num: 12. Ignosce Cæsar si eius viri authoritati Rex Deiotarus cesserit, quem nos omnes secuti sumus, in quem cum dii atq homines omnia ornamenta congessissent, tum tunc ipse plurima et maxima. Neq enim si tuæ res gestæ.

Pro Marcello, num 12. Vidimus tuam victoriam exitu prælionum terminatam.

Pro Murena. num: 22. Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas, ille vt quo intendit maturè cum exercitu perueniat.

In Pisonem. num: 2. vsq ad 9. Is mihi etiam gloriabitur, se omnes Magistratus sine

repulsa

repulsa assecutum.

Vltimo paradoxo sub finem. O dii immortales, non intelligunt Enêi, quam magnum vectigal sit parsimonia. Venio enim ad sumptuosos, relinquo quaestuosum, capit ille ex suis praediis sex-centa sestertia, ego centena ex meis.

Vltima Verrina num: 109. Catenas habebat sospes tuus.

Philippica 4. num: 15. 16 f. Nam quod se similem Catilinae consulto, robur scelere par est, belli industria inferior.

Pro Sylla num: 72, ad 76. Age dum, conferte nunc cum illius vita, vitam Publii Syllae, vobis populoq. Romano notissimam.

CONSTANTIA.

Pro Sylla num: 85. Sed quid ego qui Catilinam non laudaui, qui reo Catilinae Consul non adfui, qui testimonium de coniuratione dixi in alios, adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae f.

Ad Quirites post reditum, num 19. Quod si quis existimat me, aut voluntate esse mutatâ, aut debilitata virtute, aut animo facto, vehementer errat f.

Pro domo sua num: 4. Itane vero quod in imperita multitudine et vitiosum, varietas vt inconstantia, et crebra tanquam tempestatum sic sententiarum commutatio.

Pro P. Sextio, num: 60. At etiam eo negotio Marci Catonis splendorem maculare voluerunt, ignari, quid gravitas, quid magnitudo animi! quid denique virtus valeret!

Pro Milone: num: 95. Nolite si in nostro omnium fletu nullam lachrimam adspexistis Milonis, si vultum semper eundem. Ibid: num: 102. His lachrimis non moretur Milo. Et quodam incredibili robore animi septus: exilium ibi esse putat, vbi virtuti non sit locus.

Pro Deiotaro. num: 36. Hoc nomine detento atq. conseruato, nullum beneficium populi Romani.

Pro Lege Manilia num: 69. Quid cum ita sint C. Manili, primum istam tuam et legem, et voluntatem, et sententiam laudo, vehementissimeq. comprobo, deinde te hortor, vt Auctore populo Romano maneas in sententia f.

CONTINVATIONES.

Pro Cluentio, num: 43. Atq vt hæc ita esse perspicere possitis, exponam Oppianici facinus manifesto compertum, atq deprehensum: Ex quo simul vtrumq, et huic accusare. Ibid: num: 89. At quam quæstionem, vultus enim vestri Iudices me inuitant, vt quæ reticenda putaram, libeat iam libere dicere.

Pro Murena, num: 14. Sic a me Consul designatus defenditur, vt eius nulla fraus nulla auaritia, nulla perfidia, nullum petulans dictum, in vita proferatur.

Pro lege Manilia. num: 34. Atq hæc qua celeritate gesta sint, quanquam videtis, tamen a me dicendo prætereunda non sunt. Ibid: num: 32. Sed quid ego longinqua commemoro, fuit hæc quondam, fuit proprium populo Romano. Ibid: num: 40. Age vero cæteris in rebus quali sit temperantia, consideratе. Ibid: num: 42. Humanitate iam tanta est, vt difficile dictu sit, vtrum hostes magis, virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudine victi dilexerint.

CONVITIA. Seu EPIPLEXES.

Pro Cæcinna num: 14. Quam personam iam ex quotidiana cognoscitis vita, recuperatoris, mulierum assentatoris, cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi, conciti ad rixam, inepti ac stulti inter viros, inter mulieres periti iuris et callidi.

Pro Deiotaro num: 28. Dii te perdant Fugitiue, ita non modo nequam, et improbus, sed fatuus et amens es.

Verrina 2. num: 2. Adduxi enim hunc, in quo reconciliare existimationi iudiciorum amissam, redire in gratiã cum populo Rno, satisfacere exteris nationibus possetis, depeculatorem Erarii, vexatorem Asiæ. Ibid: num: 7. Nunc homo audacissimus atq amentissimus hoc cogitat, intelligit me ita paratũ, atq instructũ in iudicium venire. Ibid: num: 16. Quæ cum ita sint, iste homo amens et perditus, alia mecum rãone pugnat.

Verrina 3. num: 6. De impudentia singulari quod adest. Ibid: num: 42 Quid hoc hîc facietis, aut ad quam spem tam pertidiosum, tam importunum animal

reseruerit! Ibid: num: 113. Homo importunissime, cur tantam iniuriam ℔. Annio mortuo fecisti! cur tunc dolorem cineri eius atq; ossibus inussisti.

Paradoxo 4. num: 37. Nunquam ne homo amentissime te circumspicis! nunquam ne quid facies considerabis!.

Verrina 4. num: 37. Quid hoc tñe facias, quod supplicium dignum libidini eius inueniar!

Verrina 5. num: 5. Ego in uno homine omnia vitia, quæ possunt in homine perdito nefarioq; esse reprehendo. Ibid: num: 23. Verris mores improbos impuros nestis, fingite vobis, si potestis aliquem. Ibid: num: 65. Hæc tu omnium mortalium profligatissimè, ac perditissimè cum leires, cum audires quotidiè.

Verrina 6. num: 47. Quid hoc est! quod hoc monstrum! quod prodigium in Provinciam misimus! nonne vobis id egisse videtur. Ibid: num: 75. Hæc cum iste sacrorum omnium hostis, religionumq; prædo audisset, quasi illa ipsa face percussus esset ita flagrare cupiditate atq; amentia cœpit. Ibid: num: 148. Theomastus quidam homo ridiculè insanus, quem Syracusani Theoractum vocant, illic eiusmodi est. vt eum pueri sectentur.

In Pisonem: num: 19 Ego istius pecudis ac putidæ carnis consilio scilicet aut præsidio niti volebam, ab hoc electo cadauere, quidquam mihi aut opis, aut ornamenti expectabam!

Pro Cluentio, num 182. Mulier iam non morbo, sed scelere furiosa.

Prima Catilina, num: 13, 14, 15, et num: 25, 26. Et 2. Catilina, num: 7. ad fo.

CORRECTIONES Sententiæ

Prima Catilina, num: 22. Quanquam quid loquor! Ibid: num: 24. Quanquam quid ego te inuitem!.

Pro Ligario num: 24. Quæro quid facturi fuissetis! quanquam quid facturi fueritis non dubitem.

Vltima Verrina, num: 108. Sed quid ego hospiti iura in hac tam immani bellua commemoro!

DEPRECATIONES.

D.

Pro Deiotaro num: 8. Quamobrem hoc nos primum metu Cæ Cæsar, per fidem et constantiam et clementiam tuam libera, ne residere in te vllam partem iracundiæ suspicemur.

Pro Quintio num: 91. Ipsius Sexti Naeui lacrymans manum apprehendit, in propinquorum bonis proscribendis exercitatam, obsecrauit, per fratris sui mortui cinerem &.

2. Verrina. num: 43. Cui loco per Deos immortales Iudices consulite ac prouidete.

Pro Marcello num: 33. Quare omnes te, qui hæc salua esse volumus et hortamur, et obsecramus, vt vitæ, vt saluti tuæ consulas &

DISTRIBVTIONES.

Pro Lege Manilia, num: 2. Itaq; neq; hic locus vacuus vnquam ab iis, qui vestram causam defenderent: et meus labor, et meus labor in priuatorum periculis.

Ibid: num: 6. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore &. Ibid: num: 38. Ac primum quanta innocentia debent esse Imperatores! quanta deinde omnibus in rebus temperantia, quanta fide &.

Pro Roscio Amerino. num: 35. Tres sunt res quantum ego existimare possum, quæ obstent Sexto Roscio.

Prima Verrina num: 37. Cognosce ex me quoniam hoc primum tempus discendi nactus es, quam multa oporteat esse in eo, qui alterum accusat.

Pro Coelio. num: 2. Qui habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel ætatis: &.

De Prouinciis consularibus: num: 43. Terror iniectus Cæsari de eius actis, metus cædis, bonis omnibus, consultum scelus, cupiditas, egestas, audacia. &c.

DVBITATIONES.

Pro Quintio num: 56. Quo te nomine appellemus, improbum! Ibid. num: 94. Quid agendum est! qui Deus appellandus est! cuius hîs fides imploranda est.

Ibid: num: 57. Quid ergo est! Vereor me hercule, ne aut grauioribus vtar verbis, quam natura ferat &.

Tertia Verrina, num: 138. Vereor ne quis forte de populo, qui priori actione non adfuit, hæc quia propter insignem turpitudinem sunt incredibilia, fingi a me

arbitrehr

arbitretur.

Z. Verrina, num: 1. Venio nunc ad istius quemadmodum ipse appellat studium, ut amici eius morbum et insaniam, vt Siculi latrocinium, ego quo nomine appellem, nescio: rem vobis ꝓponam. Ibid: num: 88. Est crudelitatis, quod in hñem innocentem, in socium nostrum, atq; amicum, nouum ac singulare supplicii genus excogitauit: illud vero quid sit, iam non quo dicere ꝙ.

Vltima Verrina, num: 2. Quid agam Judices! quo accusationis meæ raõnẽ conferam! quo me vertam!

Pro Cluentio num: 4. Equidem quod ad me attinet, quo me vertam nescio!

Pro Roscio Amerino, num: 29. Quid primum querar! aut vnde potissimum exordiar Judices!

Verrina 5. num: 60. Quid expectatis, quid a me amplius dicendum putatis ꝙ

Ibid: num: 165. Credo te negaturum, turpis enim est et periculosa confessio. Et paulo post num: 166. Quo me igitur vertam, rem tam improbam, crimen tantæ audaciæ ꝙ.

Verrina 6. num: 87. Non possum dispositè istum accusare si cupiam: opus est non solum ingenio, verum etiam artificio quodam singulari. Ibid: num: 124. Vereor ne hoc qui non viderunt omnia me nimis augere.

Vltima Verrina. num: 125. Quo confugient socii! quem implorabunt! qua ope denique vt viuere velint, tenebuntur.

Pro Coecinna. num: 25. Quid loquar amplius de hoc homine.

EXEMPLORVM VSVS.

Pro Deiotaro, num: 31. O tempora! o mores, C. Domitius ille, quem nos pueri consulem, censorem ꝙ. Ibid: 36. Etenim si Antiochus magnus ille Rex Asiæ ꝙ.

Pro Rabirio perduellionis reo, num: 23. De te ipso Labiene quæro, cum arma Consules, ex Senatus consulto vocauissent: cum armatus M. Æmilius, princeps Senatus in comitio constitisset, ꝙ. Et num: 22, 24, 26, 27.

Paradoxum 1mū, plenum est exemplis, ibi. Neq; ego vnquam illum bona perdidisse dicam. Paradoxū 2. incipit ab exemplis. Paradoxum 5. num: 48, ibi. Quid enim censes!

EPIPHONEMATA & EXCLAMATIONES.

Pro Roscio Amerino, num: 82. Vereor ne aut molestus sim vobis Iudices, aut ne ingeniis vestris videar difficere.

Pro Sextio. num: 93. O Dii immortales, quem nam ostenditis exitum nobis

Pro Rabirio Postumo. num: 37. Nunc vero quid agitur! vbi terrarum sumus

Philippica 10. num: 8. O spectaculum illud, non modo Gnibus, sed vndis ipsis et litteribus luctuosum, cedere e patria seruatorem eius, manere in patria proditores &. Ibid: num: 11. Quæ tempestas Dii immortales, quæ flamma, quæ vastitas, quæ pestis Græcia fuisset.

Pro Sextio num: 27. O diem illum Iudices funestum Senatui, bonis& omnibus, reip: luctuosum &.

Catilina 2. num: 10. O nos beatos, o remp: fortunatam &.

Pro Milone num: 95. O frustra inquit mei suscepti labores! o spes fallaces, o cogitationes inanes meæ.

Pro Sylla. num: 91. O miserum et infelicem illum diem, quo consul omnibus centuriis, P. Sylla renuntiatus est, o falsam spem, o volucrem fortunam.

Pro Manilia. num: 33. Prò Dii immortales, tantanè vnius hominis incredibilis ac diuina virtus, tam breui tempore lucem afferre reipi potuit.

Verrina 3. num: 178. O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis et audacibus, cum pœna abfuit, et licentia consecuta est.

Verrina 5. num: 8. O Dii immortales, præclaram defensionem, mercatorem cum imperio ac securibus in Prouinciam misimus.

Vltima Verrina: num: 122. Per Deos immortales Iudices, quo tandem animo sedetis!

Pro Quintio. num: 80. O rem incredibilem, o cupiditatem, o nuntium.

Pro Amerino. num: 105. O præclarum testem, o grauitatem dignam expectatione.

Exclamationes, nu

EXECRATIONES.

Vide conuitia.

Philippica 6. num: 12. Igitur est patronus C. Antonius, malam quidem illi pestem.

Philippica 13, num: 22. Quem enim te potius appellem, cuius propter nefanda scelera tolerabilis videtur fuisse Catilina? Ibid: num: 48. Quid tu abis in malam pestem, malumq; cruciatum.

Pro Flacco. num: 102. O nox illa quæ penè æternas huic urbi tenebras attulisti, cum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum, et flammam vocabantur?

Verrina 5. num: 137. Prò Deûm hominumq; fidem! quem ego accuso! in quo meam industriam.

Verrina 6. num: 146. O rem ridiculam, o desertum hominem

EXTENVATIONES.

Pro Roscio Comœdo, num: 33. Sed hanc decisionem Roscii, oratione et opinione augere licet, re et veritate mediocrem et tenuem.

Actione 3. in Verrem. num: 46. Non me hercule criminis augendi causa dicam, sed quem accepi oculis, animoq; sensuum.

Actione 4. in Verrem, num: 60. Sed tantum vos certiores Iudices facio, quid iste in Prouincia prætor egerit.

Actione 5. num: 116. Leuia sunt hæc in hoc reo crimina metum Virginum Nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio redemit humano, alius ne condemnaretur pecuniam dedit. Vsitatum est. non vult obsoletis criminibus accusari Verrem.

Pro C. Manilia, num: 47. Fuit enim profecto quibusdam Summis Viris quædam ad amplitudinem et gloriam, et ad res magnas bene gerendas, diuinitus adiuncta fortuna.

Pro Cluentio. num: 25. Atq; hæc parua sunt: cognoscite reliqua, vt non aliquando condemnatum esse, sed aliquandiu, incolumem fuisse miremini. Ibid: num: 126. Non vtar exemplorum copia quæ summa est, non rem veterem &c.

Pro Calio. num: 32. Nunc agam modice, nec longius progrediar, quam me mea fides, et causa ipsa coget, neq; enim muliebres vnquam mihi inimicitias gerendas putaui. Ibid: num: 55. Reliquum est igitur crimen de veneno: cuius ego neq; principium inuenire, neq; euoluere exitum possum. Ibid: num: 65. Mimi ergo iam est exitus non fabulæ; in quo cum clausula non inuenitur.

In Pisonem: num: 62 lo. Nondum quæ feceris, sed quæ fieri passus sis dico. Ibid: num: 24. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas Consulis: non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit leuitas ista, non egestas animi.

FICTIONES

F.

Verrina 1. num: 20. Si tibi Q Cæcili, hoc Siculi dicerent &.

Verrina 6. num: 69. Hoc loco Q. Catule te appello, loquor enim de tuo clarissimo pulcherrimoq; monumento.

Vltima Verrina. num: 18. Quid si aufugisset, si vincula rupisset, ita vt Nico ille nobilissimus prætata fecit. Ibid: num: 145. Si quis Rex, si qua ciuitas exterarū gentium, si qua natio fecisset aliquid in ciuem Romanum eiusmodi. Ibid: num: 149. Si hæc apud Scythas dicerem, non hic in tanta multitudine ciuium, apud Senatores lectissimos ciuitatis. Ibid: num: 161. Tolle hanc spem, tolle hoc præsidium ciuibus Romanis, constitue nihil esse opis in hac voce, ciuis Romanus sum.

Pro Cæcinna. num: 35. Si Cæcinna cum in fundo esset, inde deiectus esset.

Pro L. Manilia. num: 50. Quod si Romæ C. Pompeius priuatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum.

Pro domo Sua ad Pontifices. num: 133. Quid diceres o nefanda et pernitiosa labes ciuitatis! ades ades Lucculle.

Catilina 4. num: 12. Etenim quæro: si quis paterfamilias liberis suis a seruo interfectis, vxore occisa, incensa domo.

Pro Sextio. num: 81. Hic quæro Iudices si illo die gens ista Clodia, quod

facere

facere voluit effeciſſet, P. Sextius, qui pro occiſo occiſus eſt, relictus eſſet &.

Pro Milone, num: 55. Si hæc non geſta audiretis, ſed picta viderent, tamen appareret, uter eſſet inſidiator, uter nihil cogitaret mali cum alter &. Ibid: num: 28. Quamobrem, Si cruentum gladium tenens clamaret. Amnias adeſte quæſo &.

C.

GRADATIONES

Vide climaces.

H.

HYPERBOLE, Vide Amplificationes.

HYPOTYPOSES.

Verrina 7. num: 60. Ipſe inflammatus ſcelere et furore, in quorum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Expectabant omnes quo tandem progreſſurus aut quid actums eſſet &.

Verrina 3. num 141. Iſti color immutatus eſt, vultus, oratio, mens denique excidit.

Ultima Verrina, num: 26. Itinerum primum laborem &. Vide per num: 27. 28. 29.

Pro Roſcio Amerino num: 23. et 24. Interea iſte Titus Roſcius vir optimus procurator Chryſogoni Americam venit, in prædia ejus invadit &. Ibid: num: 97. et 98. Occiſus eſt a cœna rediens. Nondum lucebat cum Amerie ſitum eſt &, Ibid: num: 133. Quid præterea calati argenti! quid ſtragulæ veſtis! &.

Pro Cluentio a num: 71. ad: 77. Capit hoc conſilium, ut pecuniam quibusdam iudicibus leuiſſimis polliceatur, deinde eam poſtea ſupprimat.

Prima Catilinaria num: 20. Quid eſt Catilina! ecquid attendis! ecquid animaduertis! ſomo ſilentium! patiuntur: tacent.

2. Catil: num: 20. Jacet ille nunc proſtratus Quirites, et ſe perculſum atq; abiectum eſſe ſentit &. Ibid: num: 5. Quos video volitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in Senatum venire, qui nitentis &.

3. Catil: num: 13. Ac mihi quidem Quirites cum illa certiſſima ſunt viſa argumenta, atq; indicia ſceleris, tabellæ, ſigna, manus denique &.

In Pisonem num: 42. 43. ad 78. An ego si te et Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione. Ibid: a num: 52. ad 53. et a 53. ad 56.

Pro Roscio Comœdo num: 20. Non me ipsum caput, et supercilia penitus abrasa olere malitiam &.

Actione 2. in Verrem, num: 10ᵐᵉ. Videtis illum sub crispo capillo nigrum.

Actione 3. num: 22. Aspicite vultum hominis et adspectum, et ex ea contumacia, quam his in rebus perditis retinet illos eius spiritus tenete, et recordamini.

Pro Murœna num: 44. Vultus eius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ.

Pro Sylla num. 33. Ego consul &.

Post reditum in Senatum num: 11. Quo vultu cincinnatus Ganeo. Ibid: num: 12. Primum præcessit, qua auctoritate vis vini somni, stupri plenus, madente coma, compositio capillo, gravibus oculis &.

Pro Sextio. num: 18. Alter ex gnienti affluens, calamistrata coma &. Ibid: num: 72. Cum succo manus illa Clodiana, in cæde civium sæpius &.

In Vatinium num: 9. Venisti &. repente enim te tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo &.

In Pisonem, num: 21. Cum quidē tu o vecors et amens, cum omnes boni abditi inclusiq; merentur, templa gemerent &.

IRONIÆ.

I. Verrina 6. num: 86. Virgis iste cæderet sine causa socium populi Romani.

Ultima Verrina num: 11. Quid hoc loco potes dicere homo amentissime! nisi id quod ego non quæro. Et num: 12. Quid agis bone custos defensorq; provinciæ.

Prima Catil: num: 23. At si mihi inimici ut prædicas tuo conflare vis iniuriam &. Ibid: num: 28. Præclarum vero populo Romano refers gratiam, qui te hūem per te cognitum nulla commendatione maiorum &.

2. Catil: num: 12. Homo enim videlicet timidus, et permodestus, vocem ferre non

potuit, sin

simul atq; in exilium ire iussus est, paruit.

Pro Deiotaro. num: 16. At credo sic homo inconsultus et temerarius non videbatur, qui consideratior illo fuit. Et num: 33. et 34.

Philippica 14. num: 7. Grata vero nostra Diis immortalibus gratulationes erunt! grata victima, cum interfecta sit ciuium multitudo.

LAVDATIONES PERSONARVM.

Pro Roscio Amerino, num: 33. Is cum curasset in funere C. Marii, vt Q. Scaeuola vulneraretur, vir sanctissimus atq; ornatissimus nostrae ciuitatis fuit.

Pro Fonteio. num: 14. Et quem hominem vidimus, et quem vere commemorare possumus parem consilio, grauitate, constantia, ceteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum gestarum ornamentis. Ibid: num: 30. Frugi igitur hominem, frugi inquam et in omnibus vitae partibus, moderatum et vigilantem fuit. Ibid: num: 33. Age vero nunc inferte oculos in curiam fuit.

Pro Manilia num: 13. Hunc audiebant antea, nunc praesentem vident, tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta humanitate,

Pro Cluentio num: 46. In quibus quantus splendor sit, quam prope aequalis, quam fere omnium constans, et moderata vitae ratio, nemo vestrum vt mea fert opinio ignorat. Ibid: num: 110. Quis P. Octauio ingenio prudentior, iure peritior, fide, religione, officio diligenter, actu sanctior commemorari potest. Ibid: num: 133. Neq; enim hoc homine fuit.

4. Catil: num: 23. Sit Scipio clarus ille, cuius consilio atq; virtute Annibal in Africam redire, atq; ex Italia decedere conatus est fuit.

Pro Murena num: 36. Quis C. Philippum summo ingenio opera, gratia, nobilitate a Marco Herennio superari posse arbitratus est: quis Q. Catullum fuit. Ibid: num: 68. Quis fuit.

Pro Flacco num: 8. Quem vos modestissimum adolescentem Prouinciae maximae sanctissimum virum nostri exercitus militem fortissimum.

OCCVPATIONES seu PROLEPSES.

Pro Amerino num: 5. Forsitan quaeratis, qui iste terror sit, et quae tanta formido, quae tot ac tales viros impediat &c.

Verrina 1. num: 47. Esto ipse nihil est potest, at venit paratus cum subscriptoribus exercitatis et disertis.

Pro Archia Poeta num: 3. Sed ne cui vestrum minum esse videatur, ne in quaestione legittima &c. Ibid: num: 32. Quaeres a nobis Graecete, cur tantopere hoc hñe delectemur. Ibid: num: 23. Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi, quam ex latinis, vehementer errat.

Pro Marcello num: 22. At si tui nihil cogitant scelevis, cauendum est, ne quid inimici.

Pro Ligario num: 20. Reprehendo igitur, minimè vero, neq; enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiae.

Verrina 3. num: 116. At per Deos immortales quid est, quod de hoc dici possit.

PRAETERMISIONES &

Pro. L. Manil: num: 25. Sinite hoc loco Quirites, (sicut Poetae solent, qui res Romanas scribunt) praeterire me vestram calamitatem: Ibid: num: 60. Non dico si hoc maiores nostros semper in pace, consuetudini, in bello vtilitati pamisset.

Pro Quinctio num: 13, Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea quae me P. Quintius cupit commemorare.

Verrina 1. num: 21. Nec ea dico quae si dicam tamen infirmare non possis. et num: 26. In quo ego quid enim aut quid efficere possim, malo in aliorum spe relinquere, quam in Oratione mea ponere.

Verrina 2. num: 28 Cognoscet ex me populus Romanus quid sit, quamobrem cum equester ordo &c. et num: 39. et 40.

Verrina 3. num: 32. Itaq; primum illum actum istius vitae turpissimum, et flagitiosissimum praetermittam. Ibid: num: 35. Quid eius lacrymas et concursiones et preces! Ibid: num: 148. Sed ineptum est, de tam perspicua re disputare.

Verrina 5. num: 59. Mitto vincla, mitto carcerem, mitto verbera, mitto secures &c.

Ibid:

Ibid: toto num: 107. Sentio Judices mihi esse tam Orationi meæ, fugienda-mq vestram Saturnaliben, non versabo in uno genere diutius.

Verrina 6. num: 43. Hic nolite expectare dum ego hæc crimina agam ostiatim.

Pro Deiotaro num: 18. Vt enim omittam cuius tanti sceleris fuerit in conspectu Deorum penatium.

Pro Ligario num: 30. Ignoscite Judices errat, lapsus est, non putauit.

Pro Manil: num: 20ff Quoniam de genere belli dixi. Ibid: n: 27. Satis mihi multa fecisse verba videor, quare hoc bellum esset genere ipso. Ibid: num: 17. Reliquum est, vt de felicitate quam præstare de se nemo potest meminisse et memorare possumus timidè, et pauca dicamus.

Pro cluentio num: 4j Satis esse arbitror iis criminibus Judices accusatum Oppianicum, vt absolui nullo modo potuerit! cognoscite! Ibid: num: 66. Quonam igitur modo hæc gesta sunt repetam ℈.

PROSOPOPEIA.

Philippica 5. a num: 5. et 6. Hoc qui non videt excors, qui cum videt de- P.
cernit impius, et meus amicus est, si patriæ primus.

Philippica 7. num: 5. Fauens tu hosti, literas tibi ille mittat, de sua spe rerum secundarum! eas tu lætus properas.

Philippica 10. num: 7. Vos autem Patres Conscripti, si M. Brutum deseruerit et prodideritis ℈.

Verrina 5. num: 205. Quid ad hæc Hortensius falsum esse crimen! hoc nunquam dicet.

Verrina 6. num: 19. P. Scipio eum qui illa sustulit defendit; Ibid: num: 82. Hoc abs te non sicelorum defensor, non tuus accusator ℈.

Catilina 4. num: 2. Quæcunq mihi vni pponeretur fortuna subeatur ℈.

Pro Cornelio Balbo. num: 47. Existat ergo vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest, vt conspiciatis eum mentibus.

Pro Deiotaro, num: 19. At quam festiuè crimen contexitur! tua te inquit eadem quæ semper fortuna seruauit ℈. Ibid: numero 23. Horum inquit Oram

conscius

conscius? quid tu? ita demens ille erat, vt &.

REPETITIONES.

R. Actione 1. in Verrem. num: 36. Hoc est rationes referre hoc modo. Ibid. num: 83. Quem populum qui te viuum comburere conatus es, vbi eos persequeris? vbi affligas.

Actione 2. num: 43. Et quando te rationē factorū tuorū reddere putasti? et quando? Ibid: num: 100. At quē hūem C. Verres tanta, tam insigni iniuria affecisti. quem&

Actione 3. num: 65. Et quem vidistis? equem audistis in tantis furtis. Ibid: num: 164. Hanc pecuniam tantam datam tibi ex aerario exhausto, datam pro frumento.

Actione 5. num: 145. Quid est Verres? quid ad hoc respondere cogitas? num mentiri me. num fingere aliquid? &.

Pro Cecinna num 101. Quid est Piso, placet tibi pugnare verbis, placet &.

Pro domo sua num: 142. Vobis vniuersi Senatus perpetua auctoritate, vobis Italiæ magnificentissimus ille motus.

SVBIECTIONES.

S. Verrina 3. n: 150. Nam quid argumentamur quo ista pecunia peruenerit? fecit iste iudicium.

Verrina 6. num: 27. At quomodo abstulit? non possum dicere planius, quam ipse apud vos dixit.

De Haruspicū resp: num 33. Tu meam domum religiosam facere potuisti? ecqua mente? qua inuaseras, qua voce? qua incendi iusseras? qua manu? qua disturbaras. qua lege?

Philippica 2. num: 2. Quid putem? contemptum te, non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis.

Pro Amerino num: 131. Placet igitur in his rebus, aliquid imprudentia preteriri? non placet Iudices, sed necesse est.

Pro Ligario num: 7. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret inmo? Ibid: 43. Quid igitur pugnas, an quod sæpe multis in locis dixisti, ne in ciuitate

T. sit? Et 44. et 62. et 74.

TRANSITIONES.

Verrina 3. num: 92. Nolite quaeso Iudices brevitatē Orationis meæ potius, quam rerum ipsarum magnitudine, crimina ponderare. Mihi enim properandum necessariò est, vt omnia vobis quæ mihi constituta sunt possim exponere. Ibid: num: 103. Verum ad illam iam veniamus præclaram præturam, criminaq; ea. Ibid: num: 123. Superbia vero qua fuerit quis ignorat!.

Verrina 4. num 39. Quantam potestatem habuerit videtis! quas res gesserit cognoscitis.

Verrina 5. num: 10. Superiore omni oratione per attentos vestros animos habuimq, id fuit nobis gratum admodum, sed multo erit gratius, si reliqua volatis attendere.

Pro Marcello num: 21. Nunc vero venio ad grauissimam querelam.

Pro Flacco num: 29. Sed quam de communi totius Asiæ crimine dictum est, aggrediar iam ad singulas ciuitates. Ibid: num: 42. Sed de hoc teste bellog, Mithridatico disseruit et subtiliter et copiosè a Hortensius, nos vt instituimus ad reliqua pergamus.

Pro Plancio. num: 36. Sed aliquando veniamus ad causam. Ibid: 68. Et quoniam tua fuit perelegans et subtilis Oratio. Ibid: num: 95. Nunc venio ad illud extremum.

SECTIO IV.

DE PROPRIETATIBVS, et ACCIDENTIBVS OBIECTI Rhetorici.

ORAtionem Rhetoricam necessario consequuntur propriæ passiones, sicut et alia quarumuis artium, et scientiarum obiecta, suas ex se ob naturale, cuiusdam necessitudinis vinculum, fundunt proprietates. Habet enim Oratio Rhetorica mirabiles et pæne diuinos actus, propter quos a tota rerum natura, et illius Auctore Deo instituta est: adeo, vt nec ipsa sine illis consistere possit, nec aliud operari et efficere in mentibus humanis, quam eas passiones quæ ex vi et natura sua progenerantur, in animisq; auditorū, singulari virtute producuntur. de quibus sit

QVÆSTIO J.

Quæ et quot sint proprietates, & accidentia, obiecti Rhetorici?.

DICO 1º. Mouere, et delectare, et persuadere esse proprietates obiecti Rhetorici, seu (vt barbaris vocabulis eloquuntur Philosophi) motiuitatem, et delectatiuitatem, persuasiuitatemq; esse passiones. Veritas Conclusionis manifesta est, ex eaõne, tum quod nulli arti hæ proprietates conueniant, tum quod sola Oratio Rhetorica delectet et moueat, vt persuadeat. Quibus virtutibus si aliquæ aliæ, Patuntur. tes ex beneficio, et liberalitate facultatis Oratoriæ, id se habere fatebuntur.

DICO 2. Proprietates Orationis Rhetoricæ, esse tantum tres. Tota enim natura eloquentiæ, aut illustrat mentes humanas, aut illustratas delectat et inuitat, aut inuitatas, in sua firmat sententia et roborat. Illustrare vero non potest, nisi docendo: nec delectare et inuitare nisi mouendo: nec firmare nisi persuadendo. Sed ne cui mirum esse videatur ex hac phãone, sequi potius 4. quam 3 Crãnis proprietates. Ideo breuiter doceo, in persuasione contineri docilitatẽ, quatenus enim persuasio sumetur pro actione ad pertrahendos, et quouis inclinandos animos humanos, eatenus erit docilitas quædã, seu medium ad finem, qui est persuadere dictione: quatenus pro effectu et hoc qdẽ siue intrinseco seu extrinseco, tum non tam habebit munus docilitatis, qã finis alicuius seu actus.

DICO 3. Inter has proprietates principalem eẽ persuasionẽ. Sicut enim in corpore Physico extra se posita partes sua mole fundant et intendunt quantitatem, quam cæterã consequntur passiones, vt inpenetrabilitas, et diuisibilitas, et aliæ eiusdem generis. Sic etiam intelligendum est de Oraõne Rhetorica, quæ post qã construitur ex natura sui artificii, tum apta est fundere ex se persuasionem, qã delectõ et motus comitantur, quod si quis priore loco velit collocare delectãonẽ et motum, eo quod hæ virtutes psuasionẽ præcedere videantur, tum facile concedemus, illas esse

priores

priores in executione, non vero in intentione. Hoc enim modo delectaõ et motus sunt medium et viã ad finem extrinsecum Oraõris, qui est psuadere dictione Auditori: quatenus psuasio, tenet se ex parte auditoris, non Oraõnis ex se aptè et instructè ad efficiendam psuasionẽ. Sicut hoc ipsum olim similitudine petita a medicina declarauimꝰ. vel ab instrumento quocunq, eandẽ claritatẽ comparauimus, quod petens est vbiq suum præstare effectum amoto impedimento, ex parte cause aut efficientis, aut mãeãlis.

Colligẽ 1. Non esse officii Oraõris psuadere, sed tantum aptè dicere ad psuadendũ teste Cicerone. vel vt Aristoles loqtur, posse psuadere. Ita enim textus illius, lib. 1. Rhet: cap: 1. docet. [Opus eius non est psuadere, sed posse quæ in singulis credibilia sunt perspicere, veluti etiam in cæteris artib. vniuersis. Nec enim medicinæ est sanitatem inducere: sed quo ad vsq possibile sit, ad hoc vsq perducere: Cum possibile sit etiam eos, qui nullo posswnt pacto sanari, bene tamen curare]

Colligẽ 2. Bene sub nõe psuasionis comprehendi docilitatem. Simul enim qui psuadet argumento, docet etiam auditorẽ. Ita Carbo, lib. 1. de officio Oraõris, disp: 2. positõe 8. ait. Nam docemus narraõne, & argumento, mouemus affectu et perturbaõne, conciliamus dignitate rõis, rebus gestis, et vitã existimaõne.

QVÆSTIO JJ.

Quo=modo docilitas. seu psuasio, et delectãõ, et motus comparentur?

Dico 1. Docilitatem comparari, optima Inuentione argumentorum, et sententiarũ grauitate.

Quæres 1. Qua raõne docilitas potest esse officium ꝓpriũ Oratoris, cum docere sit commune multis artibus. Rndeo. Docere pro eo sumptum quod argumentari seu raõnibus et solo conuincere discursu, cẽ commune multis artibus, Concedo: Docere pro eo sumptum quod aptè dicere ad psuadendũ, et modo Oraõrio, cum sententiarum acumine, cẽ commune multis artibus: Nego.

Quæres 2. Quomodo docilitas pro psuasione sumi possit, cum psuasio locũ non habeat in Exordio: docilitati vero vt plurimum Auctores locũ in Exordio tribuant! Rndeo -

- Docilitatem illam, qua instruitur auditor. de qua re dicturi sumus, aut qua distribuitur ꝓpositio, seu quæstio Oratoris, habere locum in Exordio: Concedo. Non vero illam quæ est ꝓbatio et confirmatio ꝓpositionis, vel corpus fidei faciendæ. Orator enim variis modis docendi munere fungitur, vt ꝓponendo, proposita narrando, et dum narrat, argumentoꝝ semina spargendo: partiendo ac diuidendo, Rem ꝓpositam rationibus firmando, et contrariam sententiam refellendo, dicta colligendo, collecta amplificando. Inde Collige, docilitatē non esse ita virtutem propriam exordio, vt etiam aliis partibus non possit attribui. Præterea dicimus aptè ad docendum, caueat, ne dum aliquid planius docere studet, id pluribus verbis exponat, aut inculcet, quod alias per se est manifestum satis. Sicut enim (inquit D. Augustinus) gratus est, qui cognoscenda enubilat, sic onerosus est, qui cognita inculcat; Eis duntaxat, quorum tota expectatio in dissoluenda eorum, quæ panduntur difficultate pendebat. DICO 2. Delectationē esse virtutē ꝓpriam obiecti Rhetorici. Quia solius est Oratoris ad beneuolentiam animos auditorum inclinare, conciliare argutis sententiis, et commemoratione præclarè factorum recreare. Est enim delectatio, quædam animi permotio ex re præsenti nata, qua affecti, et capti in re qua agimus, aut percipimus libenter, conquiescimus, et sine fastidio detinemur. Cum itaq; Orator ita dicit, vt suauitate quadā perfundat, et quasi lenocinio audientis animum alliciat, erigat, exhilaret, et audiendi desiderio incendat, delectare ac conciliare dicitur. Atq; ideo delectatio non tota eē videtur Poetarum, licet et ars Poetica, ad delectandum sit comparata, et illud Horatii prolatum sit, quod: Aut prodesse volunt, aut delectare Poetæ. Delectat vero Orator auditores suos exquisitis argumentis, nouis, ingeniosis, doctis inusitatis, Oratione culta, molli, facunda, veraanti, picta, variè figurata. Hæc enim fermè sunt, quibus excitantur aurium delitiæ.

Quia vero pariunt delectationē, ioci, sales, lepor seu festiuitas, comitas, facetiæ, quæ aut a fando, aut a gestibus faciendis sumuntur, cauendum est, ne ioci, insulsè Oratoni inserantur. Sic enim ex Cæsaris authoritate, de Græcorum salibus habemus, qui cum libros Græcorum se vidisse, seq; ex illis de hac re aliquid discere posse, in spem venisse dixisset, hæc adiecit verba: Sed qui eius rei rationē quandam conati sunt, artemq; iocorum tradere, sic insulsi extiterunt, vt nihil aliud eorum, nisi ipsa

insulsitas videatur.

Cum certum sit, adlibevi etiam locos intra perorandum, ideo breuiter ostendo locos illorum ex quibus peti possunt. Iocis ergo seruiunt, cum vniuersè omnia fere scitamenta, tum verborum, tum sententiarum, tum tropi, vt Metaphorâ, Allegoriâ, Ironiâ, Paragrammata, seu Paranomasiâ, quod idem est, cum Alliterationibus, Parabolâ, Amphibologiâ, Exclamationes, Descriptiones, Allusiones &.

Paragrammatis, seu Paranomasiæ, exemplum hodiè obtulit se ex Diuo Bernardo, qui de pauum bonis, animarum curatoribus dicebat. Accipiunt curas vt viuant sine curis.

Et Augustus Amphibologia in Galbam hominem vsus risum mouit, in quem vt pote hominem gibbosum apud eum causam agentem, ac sæpè dicentem. Corrige in me si quid reprehendis. Ego inquit te monere possum, corrigere non possum. Hæc male alijs audita alicuius auari hominis morte, pro Parodia tunc Publiani Mimum vsurpauerat. Auarus nisi cum moritur, nihil rectè facit. Delectant etiam verba contrariè relata, vt Libo quidam Galbæ dixit: quando de triclinio tuo exibis! Gastrimargiam ei obiecit. At Galba; cum tu de cubiculo alieno. Huc spectant representationes non leuerè, sed tamen perstringentes. Vt quidam ineptus patronus, rabularum more clamitando vocem amiserat, cui Iudex dixit. Vultum frigidum bibe; (quæ tamen potio vocem adimit) At ille. perdam inquit vocem si id fecero: Hic Iudex melius est vocem, quam reum perdere.

DICO 3. Horum ad Rhetorem pertinere, nemo negare potest. Hunc enim ipsa persuasio ad quam oratõr suam dirigit Orator, exigit. Neq; obstat authoritas Arist: qui Rhetores de affectibus tractantes reprehendit lib: 2. Rhet: cap 1. Quia reprehensio illa est contra eos, qui de affectuum cognitione, in libris Rhetoricis tractant, cum horum explicatio, ad Philosophum pertineat naturalem, qui dum agit de anima eius facultates actusq; explanat: ac præterea vt affectus honestatis et turpitudinis sunt capaces, explicantur a Philosopho ciuili, qui de moribus & actionibus humanis disputat. Præter hos tangit eadem Aristotelis reprehensio illos, qui totâ ratiõnẽ laboris, in additamentis quibusdã Rhetoricis consumunt, vt qua ratione Iudicis animus inflecti possit, quomodo proœmia, narrationes, conclusiones, construi debeant: Illud vero quod singulare est in Rhetoricis præceptis, vt doctrinam argumentorum constituendorum aut negligunt, aut leuiter pertractant, est -

Oratorem Scholasticum, cum ciuili confundunt.

Confirmat Conclusionē auctoritas Xristi cum non uno in loco, tum lib: 3. cap: 8 dixit triā ēe, quæ fidem faciunt, Enthymemata dicentis mores, et iudicis affectiones. Nam animos Auditorum ad bonum amplectendum, et ad malum vitandum affectibus commouere nemo vituperare potest. Nec vero affectus mouere, tantum licet Oratori, sed id omnino efficere debet, si suas partes velit explere: Ita vt perfectus Orator numerari non debeat, qui dicendo cum opus est, animos commouere nequit. Ideo inquit D. Augustinus Rhetor insignis, lib 4. de doctrina Christ. cap: 12. Victoriæ est flectere, qa fieri potest, vt doceatur et delectetur, et non assentiatur. Et vt cum eodem ex cap: 13 concludam, Incumbat Orator loc. opus eius, hic labor est, sine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, ingrata sunt: adeo veluti spiritus operis huius atq; animus est in affectibus.

Aduerte. Quamuis comparare ad motum animos auditorum oporteat, magna tamen cura prouidendum est, ne ipsi accersiti, aut intrusi videantur affectus. vt enim nervi in cythara neq; nimium intendendi, neq; inertius remittendi sunt: Ita in affectibus, maxime vero ab Oratore, adhibenda quædam est in modo, in rebus, et verbis mensura: Atq; vt curandum est ne sint iacentes, infirmi, inclinati; ita etiam non nimis acuti debent. In rebus magnis et grauibus, vel adeo diris, funestis, latis, iucundis, insolitis, inauditis melius videntur fremi silentio motus, quam mediocri oratione exprimi. Parui siquidem affectus sæpius loquuntur, magni stupent. Oratori præterea qui mouet affectus non tantum inanis calor, qui statim effluat, sed animorū solida persuasio, quæ in posterum etiam remaneat, quærenda est, Quod punctum optime ignis, et Nili certamine Caussinus lib. 8. de affectibg. cap: 13. expressit. Chaldæi, inquit ignis cultores Deum suum per omnes terrarum oras exultantem, cæterorumq; domitorem circumferebant, quod vi ignis cætera quæq; idola dissoluerentur. vbi ventum est in Ægyptum sacerdos quispiam, callido vir ingenio, hydriam quandam, in Dei speciem effformatam, vel (vt alii volunt) ingentem nihi statuam, cauam, aquæ plenam, et innumeris foraminibus quæ tunc cera obduxerat, concisam producit. Nec mora dato signo dii congediuntur, ignis statua Nili subiicitur, qui postquam æstuare cæpit, liquefacta cera, statim

per rimulas ign

per rimulas ingens aquarum vis eruperit, qua ignis extinctus est, et Chaldæorum superstitio derisa. Simile quidpiam in affectu contingere non raro cernitur. Is enim semel emissus volat ferox, alacer et incensus, pugnat, vincit, triumphat. Quod si in affectum aduersarium inciderit hominem, frigidum, vafrum, subtilem, vt ignis a Nilo extinguitur.

Iuuant motum externæ rerum species, vt olim vestis Cæsaris a Marco Antonio intra breues affectus exposita populum Romanum commouit. Et Senior Puppienus Imperator enim seditionem Romæ inter plebem ac milites excitatam, in qua permultum sanguinis effusum erat, non oratione, non imperii maiestate frenare potuisset: infantulum Gordianum seditiosis ostendit, atq; ita vim omnem, et infensorum pectorum furias mitigauit. Sed hic modus mouendi, non tam eruditis oculis, quam rudi populo magis conducit.

Ex dictis conclude, eloquentiam esse gubernatricem et dominam animorum. Magna quidem est vis, et potestas Musicæ, ad commouendos animos humanos, sed multo præstantior eloquentia. Adfert de Musica et illius vi exemplum Causinus lib: 8. de affect: cap. 7. Apud Syrium, bonum cognomine, Daniæ Regem, Cytharœdus quidam haud ignobilis admirabiles, et prope stupendos artis suæ commendabat affectus maximeq; illud ipsum, quod in humanos sensus, mentesq; obtineret imperium. Rex admiratus, continuo hominem artis specimen edere iubet, et torpentes animos ad furorem martium si posset accendere: Annuit ille: et ne qua nocendi ansa daretur, arma ex aula omnia efferri præcipit, custodesq; in atrio collocauit, quo furentes, si qui forte in insaniam ageruntur, compescerent. Dicti, factum: tum ille primum quidem inusitatæ seueritatis concentum edidit, quo stupore quodam et mœrore omnium, quotquot aderant auditorum mentes cernebantur oppressæ. Perinde adeò suaues et mellitos cantus effudit, vt toti cachinnatione corporis intemperanter prorumperent lætitiam; tandem vero vbi acrioribus modis intonare cœpit, continuo totis tectis fremere, tumultuari, arma et gladios inclamare: Nec mora, acuunt custodes, vt Regem cum aliis furentem contineant, sed ille effractis atrii foribus, arrepto ense quatuor transfodit, et vix ab eo furore cohibitus reuocatusq; est. Nolim autem ego tantam Musicæ tribuere vim, quæ et ope et arte sit dæmonum.

Nihil dubii est eloquentiam habere virtutem Musicæ, propter cuius excellentem gratiam in sepulchro eloquentissimi Socratis insculpta fuit Syren, quia tamen delectatio

et motus eloquentiæ fortis est; Ideo Hercules pingebatur Senex, aureas catenas ab ore emittens ad aures hominum, quod Oratio debeat esse matura, et rerum aurea connexio, qua capiat et vinciat animos humanos; Suauitas enim et dulcedo eloquentiæ, eiusq; vis suauiter et cum virtute debet influere, et mel quidem infundere, sed cum sensu: quemadmodum apes mellificant, sed non sine aculeo; ideo in ore infantis Platonis, et propiore ætate, in ore D. Ambrosii apes mellificarunt, præsignantes eorum eloquentiæ gratiam et virtutem. Eius itaq; natura esse debet eloquentia, quæ et alliciat, et vincat. Ex qua causa Julianus Apostata in suo imperatorio Labaro depingi iusserat Martem cum Mercurio se simul aspicientes. Antiquitas cicadam pro Symbolo eloquentiæ exponebat (sed vtiq; poterat gratiorem inuenire et assignare pro gratia notanda eloquentiæ laudam, verum vt ea in re antiquitati honorem demus, imaginem nostro seruiente propósito exponimus) fertur enim Eunomo certanti cantu Cytharæ cum Aristione, cum in ipso actu ruptus fuisset Cytharæ neruus, aduolasse cicadam, et suo cantu illius neruii defectum suppleuisse. Vnde Locrenses erexerunt Victori Eunomo statuam, tenentem Cytharam, cum insidente cicada: Ita enim vere fit multis non parum ad perfectum concentum Sapientiæ, ab eloquentia addi harmoniæ, et Dyndimeris simulacrum toto quidem corpore aureum fuit, sed os habuit, ex osse hyppopotami equi marini, quod in eo notaretur dignitas Sapientiæ, sine gratia et pretio eloquentiæ.

Tanta ergo est dicendi vis, vt non nisi cum fluuio pleno aquarum aucta exundante, et obuia quaq; præ se agente compositam lucem habeat, ac decorem. Ac — quemadmodum Hybernis niuibus Tagus intumescit, derivatisq; aliunde suam in alueum torrentibus incredibiliter augetur, vel camporum nactus occasionem, longe lateq; fertur, vel montium obiectu vtrinq; conclusus tam rapido ac turbulento cursu incitatus in mare defluit, vt qua annosas arbores radicitus extirpet, qua ingentes arbores funditus euertat, hac immensæ altitudinis aggeres perfringat, illac infinitæ molis cautes suo loco conuellat: quidquid deniq; obuium inuenerit diruat, ac demoliatur. Ita flumen aureum eloquentiæ grandibus verbis, plenisq; sententiis incitatur, vt nullius sit animus tam ferreus, nullius pectus tam obtusum quod præ se non agat, et in quas libuerit partes non inflectat. Illius vis in Mercurio dicitur fuisse ad

Circumdat

cicurandas feras, ad extirpandas syluas, ad sistendos fluuios, ad sopiendos manes. vt Horat: 3. carm: odâ 11 canit. Tu potes tygres &. Illius vis in Orpheo fuit, ad serenandas iras, ad expurgendos metus, ad leniendos corporum cruciatus, teste Virg: 4. Georgic: Manesq; adiit regemq; tremendum Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda. Quid vero de Amphione! quantam fabuisse credimus ad versandos animos potestatem! quia etiam creduras cautes suo loco dicitur commouisse. Imò vt Author est Philostratus loquendo fecit, vt saxa illa immania in Thebanæ vrbis constructionem sua sponte mirabiliter conuenirent. Quædam in fundamenta cederent, quædam in fastigia surgerent, quædam ad soli danda extrema interiacerent, omnia ad libellam, ad amussim coagmentata in ingentem structuram necterentur. Quò et de Arione fabula spectauit, qui non solum malis sæuitiam tantus suauitate composuit, immanes feras natiua ferilate exuit. Sed ipsos etiam pisces qa natura sunt indocilis, nulloq; humano cultu mansuescunt, Arionis cantus traxit quo voluit, vt Ouid: fast: 2.

Quod mare non nouit, quæ nescit Arîona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas.

In quo non tam vires musicæ, quam Rhetoricæ prisci Græci consignatas reliquerunt, illi vero duo Hercules quid portendunt, alter Græcus, alter Gallus, vterq; tamen pharetratus, hastatus, clauâ donatus, Leoninis exuuiis indutus! quæ tam paria insignia referuntur, vt pouerit quisq; ad animos subigendos egregium bellatorem et eximium Oratorem pares omninò vires habiturum. Nam ille Græcus bellandi arte insignis erat: hic vero Gallus orandi facultate singularis, vtriq; paria arma tribuuntur, vt vtriusq; pares ad vincendum vires ostendantur. Pyrrhus enim Epirotarum Rex agebat se plures vrbes Græcæ Oratoris eloquentia subegisse, Et Philippus Macedonum Imperator, ad Athenas inquit conseruandas, multum valet fateor Themistoclis pugnacitas, plus valebit tamen efficacitas dicendi, quæ vno in Demosthene reperitur: Iacet enim virtus militaris sine præsidio eloquentiæ: eloquentia vbi non inuenerit virtutem, tacet.

Pro Elogio eloquentiæ singulare nobis suffragatur Euripidis oraculum. Quidquid agit, euertit ferrum, euertit sermo.

QVÆSTIO III.

Quæ sint accidentia obiecti Rhetorici? & an prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo, et pronunciatio, actio, & memoria sint accidentia obiecti Rhetorici?

DICO I. Quatuor virtutes cardinales vt accomodabiles sunt, statui Oratoris ee accidentia obietti Rhetorici. Patet conclusio ex proportione collata ad obiectum scientiæ Physicæ. Sicut enim 4. qualitates sunt accidentia corporis Physici, quæ sunt materiæ dispositiones ad formam Physicam recipiendam: Ita 4. virtutes cardinales sunt quodammodo accidentia orationis Rhetoricæ: adeo vt quæq; virtus videatur respondere qualitatibus disponentibus materiam Physicam. Prudentia humori, Iustitia frigido, temperantia sicco, fortitudo calido. Nam dispositio quæ numeratur inter officia Oratoris, non est quid abstractum ab his virtutibus, cum tota illius vis et perfectio in his 4. cardinibus versetur.

Cum Prudentia dirigat quandam orationis figuram: Iustitia illius quantitatem metiatur; Temperantia formet: Fortitudo solidet et firmet. Prudentiæ enim est, quid, vbi, quomodo, et apud quos, quouè tempore sit dicendum: circumstantias videlicet omnes considerando

Iustitiæ vero est officium aduertere, quantum cuiq; tribuendum aut detrahendum sit. Cum iure merito ii Oratores vocentur verborum venditores, qui turpi vitio adulationis laborantes quosdam nimiù extollunt, quosdam etiam cum graui iniuria veritatis supra modum deprimunt. Profecto non tantum eiusmodi Oratorum votiui libri, Vulcano sed etiam manus illorum consecrari deberent. Inuita aures, aut oculi grauiter et cum dolore panegyricos multorum ferunt et legunt, quod multis impleantur mendaciis, adeo vt in hoc tantum ipso veritas appareat, quod aliqua elogia conscripta, vera mendacia sint. Numerant aliquorú in resp: merita, et in numerando deficere se dicunt, non quod ex rei veritate tanta aliquando sit multitudo in patriam meritorum, sed quod verissimè est, deficiunt in recensendis meritis, eo quod grauis meritorum sit defectus. Vel certè in extollendis illis, neq; principium, neq; exitum se posse inuenire queruntur, quod neq; primum neq; vltimum illis occurrat in patriam laudandorum meritum. Quas deniq; comparationes com-

minis

miniscantur, vt in iis quot commata, tot Hyperboles numerentur. Æquarat aliquos diis, et super astra efferunt, neq; honestis vnquam politicis adnumerandos. O intolerabilem insaniem temporum! O turpem laudandi causam! o non verum, sed puerorum mendacia, nugas aniles, fabulas non elogia. Credite hæc posteri, quibus nos semper cras, non hodie credemus: Inuerecundam quis talem negauerit manum! qua alienis aut mentitis plumis vitia, nuditatemq; præclare factorum non tegit, sed deformat. Verum fucus ex Hecuba non faciet Helenam, Simia etiam sub aureo insigni, qua pulcherrima est illa deformium prima, timeant laudati, ne aliena cum proprio cogantur restituere malo, aut ne descendant equo aureo, vel in medio luto, vt illa veritas Euangelii phœtur, Et qua non habent, auferentur ab eis.

Temperantiæ præterea ille singularis effectus erit, vt sciat in omni impetu laudum et vituperationum, aliorumq; affectuum tumore et superbia styli sibi moderari Orator.

Fortitudinis deniq; maxima in eo genere laus consistet, vt animo imperterrito, etiamsi fractus illabetur orbis, persequatur profligatos, et defendat optimos ciues patriæ Orator. Nec ante dicendum cadat in suspicionem voluntatis immutandæ, aut precibus, vel corruptione auri debilitandæ, ne postquam bonam suam sorbuit suam opprimentem linguam, cum Demostene in dicenda et defendenda veritate, queratur se habere affectum vlcere guttur. Debet ergo Orator incredibili animi robore septus eë, cuius toga, cedant arma, et laurea linguæ, cuius deniq; vis dicendi, nullius vim aut minas pertimescat.

DICO 2. Pronuntiationem et actionem, et memoriam eë accidentia obiecti Rhetorici. Nam accidens illud est apud Logicos quod potest abesse, et adesse sine subiecti corruptione. Oratio aut Rhetorica potest stare sine pronuntiatione, et actione, et memoria. Ergo pronunciatio et actio, et memoria sunt accidentia obiecti Rhetorici. Neq; enim eloquentia in hoc principaliter consistit, quod linguâ conceptus mentis enuntiemus, cum Oratio quæ est eloquentiæ ratio principaliter sit in mente. Vbi enim est elocutio, vbi et sermo et locutio, tum deniq; ibi locutio et Oratio, vbi verbum. Operatio aut intellectus et maxima prima, apud Angelicum Doctore, appellatur, verbum mentis. Quod mens sit velut is qui loquitur, et velut os quod loquitur, unde partim verba, partim appositiones et sermones interiores funduntur. Quemadmodum aut Logica seu Dialectica mentalis, potest stare sine vocali, et illa sola est vera; ita et Rhetorica sine pro-

Hic vide dicendi pulcherrimè non esse.

nunciatione externa, eiusq; Oratio potest optime et integre consistere. cum Rhetorica teste Arist: respondeat Dialectica, quasi ex altera parte. Deniq; tot legimus Orationes Cic: ab eodem ipso et similes ab aliis non declamatas, quæ ex defectu pronunciationis et actionis externæ, non exuerunt naturam Oratoris Rhetoricæ, et consequenter rationem retinuerunt obiecti Rhetorici. Ex dictis conclusionis huius, facile pro memoria inferes ee illam videlicet accidens obiecti Rhetorici.

DICO 3. Pronunciationem ee vocis, vultus et gestus pro rerum et affectuum et verborum natura ac varietate, moderationem cum venustate. Non est autē dubium plurimum momenti ee positum in voce oratoris. Est enim resonans quiddam atq; Musicum, in hominum animis, quod si pulchra elegantiq; voce ab eo qui dicit commouentur, non mirificam modo voluptatem creat, sed nimium quantum prodest, ad persuadendum. Platonici quidem è diuina schola profectes sono et musica haud dubie capi omne quod viuit. inde colligunt, quod cælestem animum, quo vniuersitas animatur, a mirabili quodam concentu, atq; harmonia ducere originem putent. Stratonem unus omnium in prodenda veterū historia, facile doctissimus, elephantes sono tympanorum, mulceri ait. Ælianus auiam greges musica pinguescere, memorauit. De vi vocis humanæ per quam scitè et venustè Fulgentius ait. Diua vox inquit, sibi in omnibus musicis necessitatibus celerrima subuenit: Potest enim hemmata subrigere, et paralelos concordare, et dystonias molire, phthongos iuuare, et ornare chromata. Quare Mythologi numerum 9 Musarum ad vim vocis varietatemq; retulerunt. Aiunt enim eas 9 cum lo Apolline fuisse inductas, quod humanæ vocis decem modulamina notentur, eamq; ob causam cum decachorda citharæ pingi Apollinē consequuisse. Quin et vltimam Camœnarum a splendore et pulchritudine vocis nominari voluerunt Calliopen. Hanc Poetæ regibus comitem ee voluerunt perennem, excellentis pronunciationis effectricem, quod eorum proprium sit moderari eos oratione, quos dominatu et iure complectuntur, sintq; veluti florentium ora imperiorum, tubaq; cælestes quibus vt Beati Numinis internuntii, bona et salutaria pronuntiant, Et sane videtur magna in politia gubernanda vtilitas posse dignitate quadam vocis et Maiestate plena honestæ grauitatis, coercere importunam hominū audaciam, et impiæ linguæ motus frangere sit vt ne mutiret quidē audeat. Itaq; maximus Tyrius audet dicere

Vocis modulationem, ciuium mores, atq; adeo communem rem apte posse temperare.
Sapienter Antonius Imperator protulit. Virum, coma; Vox autem oratorem ostendit. Optimi namq;
Oratores, iamq; diu in acie et campo exercitati, voce vnumquemq; vincunt, et feriunt. Vnde
Poeta minerue hastam longam tribuerunt, quod sapientia longe verbo percutiat.

Genera vocum definire, aut enumerare difficile est: Sicut enim cuiquam est propria sua Vox virilis.
facies, ita et vox. Verum in Oratore vna est vox, quæ commendari debet, nempe viri-
lis, eam vocauit Quintil: liberalem, cum ait lib: II cap: 3. Sed ne vox quidem nisi liberalis
actionem habere optimam potest. Et B. Epiphanius: Vox inquit sonora succo virilis ele
gantiæ condita, non infracta, gradatimq; a masculâ solicitate depulsa. In eundem sensu
magnus Mediolanensis Ambrosius in lib: offic: præceptum reliquit. Sit vox distincta pro-
nunciationis modo, et plena succi virilis, vt aggrestem et subrusticum fugiat sonum: non
vt rythmum affectet scænicum. Qua igitur ratione turpe est rusticè aures vulnerare,
et incondità voce: sic vocem crispare et eliquare dicendo præsertim in re graui, sum-
mæ est leuitatis, et intemperantis animi. Qui chi talis colligere vult assensum aurium et
voluptatem, nervos elidit modestæ grauitatis, et cum audientes mulierculos facit, tum
ipse non vir, sed vt mulier perorat. Quid illi Nerones petulanti splena, cachino tre-
mula voces molitudine orationes suas cantilenantes! qui cum vocem eliquare cæperint
et lenocinio muliebri dissoluere in cantilenam, canticum videntur decantare. Quod Petrus
Chrisologus religiosè dissertus, fpriùs ait esse nutricionum, qui filiolis blandiuntur, vt linguent
sermones, et teneant verba. Isti putant se molle dulciùs locuturos, si artificio quo-
dam circumliniant dictionem, melleaq; voce pronuntient, quorum ille exitus orantium
est, vt inter viros fœmineæ et non è scholâ, sed a colu et penso meretricula fodisse vide
antur. Debet ergo Oratoris esse vox plena, et robusta, cui prater dictam contraria est Vox magna
m. vox, obscura et exilis. Hanc emendauit in se laboriosissimus Demosthenes, qui cum videret et plena.
sibi angustiores vocis meatus ang atq; ductus esse tenuissimos a natura datos, hanc iniit ad
eos amplificandos et augendos, (teste Plocio) rationem. Oleum inquit in quos immittens
per accliuia loca decurrebat, quo motu oleum ad nares allisum tenuiores illos, angustio-
resq; meatus functioni dictioni idoneos reddidit, et clare voci accomodatos.

Exilitas vocis arguit nonnunquam animi mollitiem, quam expressit in lasciviente Sardanapalo. D. Crisostomus. Acutiorem inquit emittens vocem quam Eunuchi. Demosthenem cum vox aliquando defecisset in dicendo, ad suamq; exilitatem fatigata declinasset, a corona fuit explosus. Sed tunc ille quadam ꝓbabile excogitata subito ratione fieri conatus est, et aliqua specie honestatis oblegere. De Hystrionibus inquit ex voce, de Oratoribus aut ex sententia iudicium ee petendum.

Vox canora.

Verum non satis est magnam et plenam ee vocem oratoris, nisi etiam sit canora. Canorum enim oratore ait Tullius consensus eius desiderat. Fonte vero ee in Africa nne flumen, qui canoros efficiat voces, ꝑdit vapor per canora aut voce non ea vole, quæ sit sede et mulierebre in canticu dissoluta, sed sit splendidum quiddam in pnũ ee in pronunciatione resonans, quod eius aures humanissimo quodam motu delectet, Splendorem appellauit M. Tullius, cum C. Pompeium toga militiaq; lumen exoraret. Sic enim loquitur. Actio vero eius habebat et in voce magnum splendorem, et in motu summam dignitate, Plato loquentem Socrate induxit, et eloquentium eius suauitatem explicantem. Adeo inquit concinna oratio, canoraq; vox oratoris ore dimanans auribus meis infunditur, ut vix tande quarta post die, vel quinta mei ipsius reminiscar, et vbinam terrarum sim agnoscam.

In canora igitur voce omnino cantus præcauendus est. Isæus enim clarissimus dicendi magister, cum inter Auditores haberet suos, Dionisium quendam Milesium venustum adolescentem, qui non magis aureo cultu et corporis elegantia, quam vario dictionis ornatu atq; magnifico gestiret, eum in declamatione cantilantem, ita increpuit. Heus tu inquit, adolescens, ego te canere minime docui. Venit mihi in mentem Aristides, qui psiteri aliquando est ausus, magna audiente corona, nullam ee oratoris bonæ virtutem, quam non ipse dicendo expressisset. Hic quendam Oratorem insimulans et illudens, qui cantum in orando adhibuerat, ut operis delicati emblema pulchrum et pretiosum sit argute, et apte enem exagitauit. Voce inflexa venustior ut videretur, canebat: finem autem ad singula commata, tanquam in cantico eundem accinebat. Cum vero auditores ita ad eius canticum obstupefieri, ut cum ad finis vocabulum peruenissent, id ipsi cum risu suggerarent, vocem non ut Echo reddentes, sed præoccupantes. Subjecio cum Quintil: Sed quodcunq; ex his vitium magis tuleriat quam quo nunc maxime laborantur in scholis, causisq; omnib. cantandi, quod inutilius sit, an fœdius, nescio. Quid enim minus Oratori conuenit quã modulatio

Scan

Scenica.

Plinius 2. omnium ore celebratus orator, pudere se dicit fractæ pronunciationis. Plausus inquit tantum ac potius sola cymbala et tympana illis cantibus desunt. Caius Cæsar adhuc impubis et prætextatus ingenii sui lumen ostendit in adolescente illudendo, qui dum legeret, cantillabat. Si cantas inquit, male cantas: si legis cantas.

Vulgo tamen et optimè omnium iudicio placida moderataq; vox adsibenda est ab Oratore. Quare M. Tullius Caiũ Fimbriam ex contraria causa non dubitauerit nominare insanum, qui inquit omnia magna voce dicens, verborum sine bononum cursu quodam incitato ita furebat vt mirarere, tum alias res agere populum, vt vel insano inter discipulos locus. Tales Oratores clamosos Tertullianus causas elatrare dixit. et Fulgentius eleganter; Legiercpi audunt, latrant fora. Quintilianus eosdem ait emugire. Sed licet deessent omnia. Satis quemq; ipse vsus monere posset, nihil facilius, nihil eũ odiosius vociferatione, quia impetu concitato vox fata, vt Polema Atheniensis ait, consilii expertem esse ac impium arguit. Vnde contra quendam oratorem inter alios Græcos immodice clamantem dixit alter, non inquit quod magnum bene est, sed quod bene magnum. Clamosos Oratores Cic: simillimos eũ claudis aiebat, qui prõ animi sui infirmitate, iudiciiq; inopia sic ad clamorem, vt illi ad equos confugerent. Et quidem venustissime D. Chrisostomus, clamorem equum eũ dixit iracundiã. Sæpe impune volitantem.

Quæres, quando vocem intendere, sublimiusq; loqui in agendo liceat? Rndeo. Viros quidem militares, qui animosè et concitatè omnia faciunt, non dedecet vox magna incitata, et paulo etiam vehementior. Itaq; Julium Cæsarem eadem via animoq; pronunciasse, quo bellauit. Et hoc caput est, quare Sidonius Apolinaris Martiaudaciæ principi, turbulentoq; Deo, atq; fortissimo, saxum quendam fulmineũ ingeniosissimè attribuit.

Mars clangente tuba patris præconia dixit
Laudauitq; sono fulmina fulmineo.

Bene ergo vox contenta adsibetur in obiurgando, impellendo, et grauius seculus persequendo, tum est magna vis posita in generoso illo Spiritu, atq; vocis elatione, ad verberandum os audacium, et impiorum.

VOX CLARA.

Vox clara. Ad placidam moderatamq; vocem spectat, vt clara sit, et suauis, quantus hæc inter se iam coeant, vt eadem vox, et dulcis sit et solida, quod Seneca in Seuero Cassio laudauit. Vnde qui Dionem aureo dicentem ore audiebat, capti penitus illa ipsa dulcedine, et obstupefacti, nominabant illum Philomelam Sophistarum.

Suauitati vocis, rauca vox inimica, quamuis aliquando subrauca voces soleant habere aliquid iucunditatis, qualem in Antonio, Oratore clarissimo dicit fuisse Marcus Tullius. Vox inquit subrauca natura, sed hoc vitium huic vni in bonum vertebat; habebat enim flebile quiddam in conquestionibus, aptumq; tum ad fidem faciendam, tum ad misericordiam inflectendam, et commouendam.

De Oratore Gorgonio meminit Seneca, cum obtusam, sed pugnacissimam vocem habuisse, cui Barros Scurra, rem inquit venustissimam raucorum voces habes, ita nimirum acerbo sonitu omnes obtundebat. Acerbitas igitur vocis studio potest, et sapienti exercitatione perpoliri. Quod exemplo Marci Tullii fieri posse monere videtur Plutarchus, vox enim Ciceronis, primum dura et incondita fuit, sed cum iuisset aliquando in Græciam et magnam partem Asiæ, et se cum viris doctissimis et eloquentissimis exercuisset, rediit multo in Italiam robustior, cuius vox iucunda hominū auribꝰ, plenioꝰ accedebat.

Voces inquit Marcus Tullius vt chorda sunt intenta, quæ ad quemq; tactum respondeant, nam vt fidibus et cantu nervorum, ex dissimillimis sonis artificiose temperatis, dulcissima oritur symphonia, sic è boni varietate in dicendo, arte et consilio moderata, plena, honesta voluptatis suauitas emergit, quæ delectet, et teneat auditorem. Vnde Plutarchus ait, varium quiddam atq; mutabile vox haberi debet. Cui concēnum Apuleii dictum hic lubet adjcere. Vox inquit hominis et tuba rudere tonior, et lyra concentu variatior, et tibia quæstu delectabilior, et fistula susurru iucundior, et buccina significatu longinquior; mitto dicere: multorum animalium immediatos sonos distinctis proprietatibus admirandos. Debet ergo natura tanto vti beneficio Orator, vt de hac varietate vocis sit sollicitus, iucundum enim nihil est, nisi quod reficit varietas, cum odiosum parcat fastidium, vnius tenoris cantilena, et in omni voce debebit esse quoddam medium, deniq; imperitorum ēe, ita suam in dicendo commutare vocem, vt in vno membro

penodi

penòdi attollatur, demittatur insequenter, tum erigatur in tertio, mox iterum deprimatur, reciproca, et continua vnius moti varietate, quod genus commutationis turpe et molestum vitium est. In eo vero sita est laudata varietas, vt vox rebus accommodetur, Hanc Orator in Gratiano Augusto cum haberet propè infinita, qua dicendi copia illuminaret, non omisit vocis varietatem, quam orando rebus eximiè accomodabat, sic enim ait. Qui tenor vocis, cum incitata pronuntias! quæ inflexio cum remissa, quæ temperatio cum vtraq; dispensas! quis oratorum læta iucundius! facunda cultius, pugnantia densius, densata glomeratius dixit! Ars variandi (inquit Fabius) cum gratiam præbet ac resonat aures, tum ducentem ipsa labòris mutatione reficit.

Ex his infero obesse pronunciationi, fædam literarum et syllabarum commu- Quæ obsunt pronunciationi.
tationem, aspirationem, geminationem. Alterum genus vitiorum in pronuntiando est, truncata verba, quod proprium superborum et insolentium est, aut rusticorum est. Contra tales scribit Seneca lib. 2. de benef: cap: 29. Aliis inquit sunt vix labra diduxit et ingratior, quam si tacuisset fuit. Zeno contra hoc vitium, non modo verba, sed etiam verbera adhibuit, nam cum discipulum suum aduertisset inflatum ac turgidum esse inficiendo, percutiens hominem dixit. Non si maxime inflaberis, bonus in dicendo inflatus videbere, sed si bene dixeris maximus. Cuiusmodi Oratores bene Chordearii passunt nuncupari.

VOX VASTA.

Iam quid de vasto et aperto ore nimis pronunciantibus dicendum sit! Vnde talium aliqui recte contendunt esse rusticanum. Cic: verborum latitudinem et oris vocat prauitatem. Et Gregorius Turonensis descripsit hominem, qui ementita specie pietatis, homines illudebat: erat inquit et sermo rusticus, et ipsa lingua latitudo turpis et obscena. Occurrit Demosthenes ille manu gratiarum venustior redditus in expressam docti Mercurii effigiem, eam Miaculam habuisse aliquando videtur, quam vehemens aduersarius illi obiecit, Ita enim Æschines vaste et immodice hoat. Demosthenes, vt fecunt omnes qui in ea legatione nouis fuere collegæ, nam præter alia vitia Bæotos, imitatur nimirum [redacted] Argyrophorè. fuenat in dicendo.

Neq; tamen negandum est genus quoddam ce latitudinis quod cum laude et ipsius causa emolumento in quibusdam nominibus adsibeatur. vt in iis quæ ad vrgendum et repræsendendum ad coercendum ad laudandum referri solent, quæ certo modo pronuntiata mirabilem vim habent ad permouendum. Hic exstitit illa geminatio et conduplicatio familiaris Oratorum, vt illa in Cat: Hic tamen vivit! vivit. imo etiam in Senatum venit. et in Miloniana vbi nunc Senatus est, quæ secuti sumus! vbi equites Romani illi, illi inquam tui!.&

Tarda Vox. Proximum vitium vltra pronuntiationi est, tarditas nimium lenta, seu tracta in dicendo. Quidam enim sunt qui vbiq; hæreant et morentur, vt non modo singulas dictiones, verum et syllabas numerare velle videantur, atq; expendere. Nisi tales forte, aut ætas ingrue-scens, aut parta præclare gestis auctoritas, morbusq; excusaret. Aliter profecto dignus esset talis declamator, cui animosior quidam è corona dicat, quod Vinitio exclamasse quendam ferunt, verba singula vellenti quod tanquam dictaret non diceret. Dic vel nunquam dicas. Erat enim iste Vinitius tardus omnino et cunctator, odiosissima mora in dicendo. de quo Asellius interrogatus quemadmodum diceret, ait. Tractim. Sed Geminius Varius grauius respondit, quomodo inquit istum disertum dicatis nescio! tria verba non potest iungere. De Cnæio Lentulo augure, et Oratore malo ait Seneca lib. 2. de beneficiis, cum esset auarissimus, nummos tamen citius emittebat, quam verba. tanta illi erat inopia sermonis. Sunt autem qui falsa grauitatis imitatione moratorem inepti cunctando, non tam restituit rem, quam æstimationem profundunt. Neq; enim singula modo verba, sed literulas pòne omnes ponderant, et vt cum M. Varrone dicam, ἀτάκτως veluti auraria pendunt. Eleganter eos perstringit S. Hieronimus, in caput 4. ad Epheſ: Nonnulli inquit rugata fronte, demisso Supercilio, verbisq; trutinatis, auctoritatem sibi doctorum et iudicium attribuunt.

Neq; tamen omnis lenta pronuntiatio penitus damnanda est, cum aliqua sit grauitas quædam compositi oris, non effusi, non præcipitis, quod clare et distincte omnia pronuntiet. Hanc grauitatem Plinius lib: 9. epistolarū, in Pompeio Quintiano laudat. Jam illa inquit, quanta pbitas in orē! quanta in sermone cunctatio, quam pari libra grauitas comitasq;! Ea dicendi grauitas adsibenda est, in grauium rerū descriptionibus, in admiratione, affectibus doloris, commiserationis &. vt in illa Verrina patet. Constituitur in foro Laodicea Spectaculum acerbum.

Aliud ex. Eff.

Aliud ex opposita parte obicit se extremum tarditati et languori pronuntiationis: celeritas nimium pronuntiandi, aut volubilitas nimia, cum tantus est cursus, et sic euolat oratio, nulla vt vestigia relinquantur, in quibus auditorum mens hærere possit. Profecto eum declamatorem tot suæ vestes imprudentiæ, temeritatisq; habituri, quot præsentes ea dicendi ratione offenderit. Hos Cic: furiosos appellare solet. Q. Haterium, ridet Tacitus, quem profluens sanguis fuisse pronuntiandi genus, et impetu magis quam cura viguisse ait. Seneca epist. 40 solitum illi orationis cursum tribuit, eundemq; reprehendit his verbis. Haterii cursum suis temporibus Oratoris celeberrimi longe abesse ab homine sano volo, nunquam dubitauit, nunquã intermisit, semel incipiebat semel desinebat. Illum nimia festinatione præcipitantem cum videret Augustus Imperator, elegantissimo acroamate irrisit. Sufflaminandus est inquit noster Haterius.

Alii denique famæ et inanitatis aucupes ea linguæ incitatione vendicare se cupiunt, quod eloquentiam in celeritate positam esse putent. de quibus S. Hieronimus sapienter his verbis admonet. verba voluere, et apud imperitum vulgus sui admirationem facere, indoctorum enim est. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, et indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, quod quidquid non intelligit, plus miratur.

Celeritas tamen in dicendo, non omnino tollenda est, qa fac, non male in explicatione rerum, quæ celeri quodam cursu volubiliq; feruntur, adhibetur. tum in apponenda rerũ multitudine, per incisa multa et breuia optime seruit. Cuius rei exemplum offert se in Oratione pro L. Manilia, ibi. Quod denique genus belli eũ potest, in quo illi non exercuerit fortuna reip: Ciuile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense? Ad extremum celeritas in dicendo locum habebit, vel post rei patefactam atrocitatem, vel magnitudinẽ explicatam, cum vis ardens adhibetur, et incensa fortius vibrat oratio, vt grauiori percussione, vehementius in animos ingrediatur. Cuius rei ex Verrinis illustris nobis occurrit locus. Tantine tuæ Verres libidines erunt, vt eas capere ac sustinere non prouincia populi Romani, non nationes exteræ possint! tu nisi quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris nisi ad nutum eum præsto fuerit, nisi libidini tuæ, cupiditatiq; paruerit?

QVÆSTIO IV

Quid Pronunciationi, vt est accidens obiecti Rhetorici plurimum noceat.

DICO 1. cum Cresconio. Nocere illa Pronunciationi generatim, quæ fauces male afficiunt, pectus debilitant, claritatem impediunt et infuscant, vt sunt morbi quidam leuiores, cum è capite humoris copia defluens in guttur, et culmones vel obtundit, vel frangit, vel elidit, vel minus firmam reddit vocem

DICO 2. cum Eodem, fructus aliquos nocere voci, in quorum genere numerantur ficus, quas minime dicentibus opportunas, si maxime meridie sumantur Græci Poetæ suis monumentis referunt. Poma item obesse vocis dulcedini, communis olim fuit opinio. Nero, cum alendæ vocis gratia ageret omnia, et perpeteretur, abstinere pomis cibisq officientibus solebat. De pyris idem iudicium. Quare Trasybulus, cum esset magno animo repugnaturus legatis Spartanorum, qui fœdus et reconciliationem animorum petebant, auro et donis corruptus, se ex pyrorum silvestrium vsu incidisse in rauim simulauit, nec publice est locutus. His adnumerantur nuces, mussum frigidum, potus frigida, nimiæ et diuturnæ noctis vigiliæ.

DICO 3. Omnem libidinem voluptatis nocere vocis pronunciationi. Scribit enim Aristoteles lib. 7. anim: Cantores abstinere solitos a veneris obscenitate, vt diutius sine vlla mutatione vocem retinere possent suauem et canoram, quæ flagitio corrumperetur. Proximè est vitium vinolentiæ seu ebrietas.

DICO 4. Suauitati pronunciationis obesse 1. Verba grauius anhelata. 2. Stylus auribus durum, inconcinnum atq plenum asperitatis in quo verba situ et araneis oppleta, vel potius verborum pœdia educuntur. Cum è Varrones Catoniq penu rusticano, tum Tertulliani tesquis, Amiani Marcellini scabris, Apuleiani vitri cardinibus; ita vt genus dicendi exsuccum, exangue, latrans, collisum et dissipatum pferatur. In quo se anguat, et lacerant colluctantia inter se vocabula dum funduntur, vel subsultant in paribus sonis dictiones, vel complexione syllabarum inæquali, et membrorum claudicant: Rust

et incultus

et iactatur Varie oratio, os nitendo et ructando laborat, vt vere appelles stylum, musarum aridum et exsiccatum cadaver, luscinarum febrim, Plutonis hymnum. 3. Nocet gratiæ pronunciationis, nolle compturæ genus dictionis. Prudentibus enim inquit Prosper Vinis. non placent phaleratæ sed fortia, quia sententiarum robur sermo ex industria cultus enervat. Et Samium Pythagoram dixisse aiunt, musas ee Sirenibus anteferendas. quod effatum religionis interpres clarissimus Theodoretus sic exponit, vt per Syrenes compti sint et lepidi delicatiq sermones capiendi, per musas illi, qui sine fuco nudam veritatis effigiem præferant. Absciendantur ergo istis Syrenibus alæ, ne vagentur, quod a Musis olim fuisse factum doctis fabulis ingeniosi viri prodiderunt. Festiue quidem sed considerate omnino orationem ad gratiam et lenocinium elaboratam Diogenes laqueum melleum ee dixit. Quintil: libidinosam eloquentiam nominauit. Seneca vero mollem concinnitate epist: 115 ita persequitur. Nosti inquit complures iuuenes barba et coma nitidos, de capsula totos, nihil ab illis speraueris forte, nihil solidum. Oratio vultus animi est, si circumtonsa est et fucata, et manu facta, ostendit illum quoq non esse sincerum, et habere aliquid fracti. Non est ornamentum virile concinnitas]. Vt ergo pronuntiatio gratia in animis auditorum proficiat, illius genus dicendi debet ee ornatum et suaue. Sed non molle. Propter hanc suauitatem assecutus est laudem Xenophon Socraticus, qui ea fuit lenitate orationis, et melleo quasi fulmine disertus. vt eius ore musas fuisse locutas velit. Sed longe magnificentius est quod de Platone dicitur, Jouem sic, si Græce loquatur, loqui. Et Fulgentius. Platonis auratum eloquium fuisse prodit.

QVÆSTIO V.

Quæ in actione exteriori, vt est compas pronunciationis et accidens obiecti Rhetorici, sunt aduertenda?

Dico 1. Ingenuitatem in vultu atq pulchritudinem, in omni corpore decorem, splendorem in voce atq moderationē ee actionis exterioris cultum quendam. Sicut enim exterior actio vultus est orationis, ita et forma decens hominis gratiam actioni conciliat. Forma enim conspicui et qui vultu redolent humanitatem, non modo amore digni, et coronā audientis gratia, verum etiam veneratione cultuq iudicantur. Ex

Hoc genere Stiliconem laudat Claudianus. dum canit.

Jam tunc conspicuus iam tunc venerabilis ibas
Spondebatq; ducem celsi nitor igneus oris
Membrorumq; modus qualem nec carmina fingunt
Somniantq;.

Amianus eleganter de Gratiano lecto imperatore ait. quem oculorum flagrantior lux commendabat, vultusq; et reliqui corporis iucundissimus nitor, et egregia pectoris indoles, quæ imperatorem implesset. Præsertim autem in adolescentibus hæc honesti et virtutis indoles mirifice se prodit, Quod Plotinus subtiliter animaduerit, vbi de pulchri effigie commentatur. Probo Viro inquit virtutis indoles apparens in iuuene, iucunda contingit, propterea quod vere virtuti, quæ est intus consonat. Quare ingeniosus Lucianus, præstantem Atticis adolescentem commendans, ita loquitur. Hic subito visus in admirationem te rapiet, adeo præstanti corpore visendus est, et nascula quadam forma decorus et amabilis. Quod si etiam ore soluto loqui cœperit, ducet te reuinctum auribus, tantam dicendi gratiam, et verborum suauitatem, iuuenis in lingua sitam possidet, quin ciuitas vniuersa ad audiendum insiat, quoties ad populum verba facturus prodiit.

Hunc igitur splendore et gratia si ptulerit Orator, minu est quanta benevolentia, erga se omniu conciliabit. Neq; vero sic laudo muliebre venustatem, quæ flagitio vanitatiq; potius, qã virtuti seruit: sed eam, lucem honestatis Oratoriæ pro, quæ in totius quidē compositione corporis, sed præcipue in vultu, oculisq; consideratur. Quam proinde grãa Hebræi, excellentemq; speciem, illuminatione vultus nominant, quod ptulisse illos est certum, spter amabilem honestate, liberalem humanitate affusam oculis, et emicantem in ore toto grãam, quæ pulchri animi velut domicilium quoddam nobile insigniat. Magnus Gregorius Nazianzenus D. Cypriani laudans, omni perfectione absolutum, et specie ipsa magnificum et decorum, vocat elaboratum naturæ opus, et alioni ex um florem. Salomon qui se concionatorem nominat, ei eo se præcelluisse omnes Reges et Tyrannos gloriatur, quod vt notat S. Hieronymus, sapientiæ intimã in speculo vultus spexerit, et prudentiæ mentis, in facie sua expresserit. Sed exemplorum quidem est satis, et experientia, vt verum ē fateamur, quod venuste

et

et concinnè dixit Laberius. Formosa facies, multa commendatio. Nam truces et torridas, et vultu ad deformitatem velut naturæ contumelia generatos, nemo æquo animo intueri solet. Caperata frons, hirta et immanis, defossi oculi, nescio quid crudele vibrantes, simæ et reflantes nares, vastum os rictu in amæno, facies torua, quæ nescio quod tetrum et inauspicatum ptigium conspectui cuiũ exponere videatr sunt enim quidam, qui non satis a puerilibus annis honestè educati, vel studiorum ob-
scuritate sui negligentiores effecti, rusticanam agendi ratiõnẽ, et sordes, atq; inquinatum corporis cultum sequuntur.

Gestus capitis q.

D.1.CO 2. Gestus capitis, vt alias partes corporis dignitate, sic laudatæ motionis præstantia anteire debet. Caput enim (vt iurisconsulti voluerunt) inter quos Paulus de religione funerum disputans ait) est locus religiosus, et pars principalis, vnde cognoscamur. Magni Platonis olim sententia hæc fuit. Totũ cuiẽ in capite vultuq; esse. Rectè et vere dictum, qui caput videt, hominẽ videt, et eius vnius imagines transmittuntur ad cuiũ memoriam, in omnem æternitatem. Qualis fuit illa Magni Pompei effigies, Romæ visa in triumpho, è margaritis, gemmeaq; varietate confecta, quæ nihil aliud fuit, quam illius victoris caput, fœci origentis opulentia figuratum. Caput ergo omnium partium diuinissimum ẽe affirmatur. vt intelligat orator, in capitis gestu moderando summa cum et diligentia ẽe elaborandum, quod in ea præstabili hominis effigie, natiuus omnis et facile videri ab audiente, et vehementer reprehendi soleat. Itaq; caput debet ẽe erectum, quod ita statum habeat naturalem, vt neq; nimium deprimatur, nec plus iusto attollatur, cervicem enim nimis attollere, superbi atq; ambitiosi est argumentum. hinc cervix pro superbia, in veterum scriptorum monumentis, et cervicosus, idem quod elatus, et arrogans habetur. Festiuè Epictetus huiusmodi cuiẽs, gloriosos et elatos quasi verũ deglutissent, affectare incedere. Nimium animaduertebat, quosdam quasi digito cœlum iam attigissent, caput inter nubila ferre, grandes se æstimare, cæteros vt minutos despicere. Super obuia quaq; elatos procedere. vt cuiẽ facium bene existimemus, Despicere, quod propriè est, deorsum aspicere, quod arrogantes, qui se magnifice circumspiciunt, et attollunt, alios infra se positos putent, eosq; despiciant, id est, contemnant. Istos Seneca sensum a Græcis opinor sumens, vocat altos, epist: 115. Omnium inquit istorum, quos incedere altos vides

digitus.

Gestus vultus.

Dico 3. Diximus de capite generatim, iam de vultu dicendum est, in quo fons oculi, cæteræq; partes elucent. Et certe magnum quiddam in vultu positum est, ad benevolentiam sibi colligendam. Est enim in eo tacita quædam eloquentia, quæ non agendo, agat tamen, et sine verborum lenocinio aucupetur. Quæ causa fuit, cur terno de Orato: L. Crassus actionis pæne vim omnem, ad vultum ipsum retulerit, sed in ore inquit omnia sunt. Vultus (vt ait Magn. Cassiodorus qui a voluntate nominatur, Speculum quoddam est animæ suæ, et quod substantialiter non cernitur, per eius habitum evidentissimè declaratur. Atq; sic bene addit Crescius de gestu Orato. lib. 2. cap. 2. Nec mihi satis inquit, consideratè Momus [illegible] quondam videtur, ad pectus hominis fenestellam, qua recluſa atq; patefacta, oculorū acies, ad abditas cogitationes penetraret. Cum in vultu habeamus tam apertā ianuam, ad peragrandas animi nationes. Nulla cogitari potest tanta varietas rerum, quæ non suis coloribus in vultu pingatur. Hinc eleganter Ouidius lib 1. vultum loquacem nominauit.

Me Specta nictusq; meos, vultumq; loquacem.

Ephrem Syrus, tam loquentem et disertum vultum habuit, vt sine vlla oratione omnium intuentium animos commoueret. De quo scribit D. Gregorius Nissenus, aspectus eius inquit, Angelicus, absq; vlla oratione sufficiens erat permouere. Iulianum Imperat: qui vidisset, subito agnouisset hominē inuerecundum. Vnde S. religiosissimus Antistes maris, cum cæcus foret, beatum se præcipabat, quod eius impudentem vultum intueri non posset. Sit Zoaaras. Sic Plato consuit Aristotelē ad impudentiā natū, et quod euenit aliquando, inuerecundū et ingratum futurum, cum in eius vultu tenuissimi animi mores fuisset intuitus. nam cauillationem et irrisionem quandam vultu præferebat, vt author est Alianus lib. 3. E contra magno Athanasio tribuitur Angelica facies. Simeon Metaphrastes vultum appellat virtutis characterem.

Accomodabitur ergo vultus pro ratione materiæ et affectuum, cum ea quā par erit actionis grauitate. Cicero enim 3 de Oratore. Omnis inquit motus animi, suum quendam a natura habet vultum et gestum, et sonum: totumq; corpus hūius, et eius omnis vultus, oēsq; voces, vt nervi in fidibus ita sonant, vt a motu animi quis

pulsa

pulsæ sunt. In eis tamen omnibus debet elucere pudor, et modestia cauendo ne grauitas desciscat in tristitiam. Quare Capitolinus M. Antonium Philosophū describens ait. Erat sine tristitia, grauis. Terribile enim est vultus pondus. At multo magis in facie deformi natura vitio, a ficta austeritate, aut a sumpta cauendum erit. Nam sæpe euenit, vt ingenio freti, et magnarum artium cognitione, tamen a foro et concionibus excludantur, quod propter oris prauitatem et turpitudinem, inuitis oculis videantur. Ea causa M. Tullius vultū nonnunquam euertere, omnē ex ingenii cōmendatiōe, ait in Bruto de Caio Macro. Huius si vita si mores, si vultus denique non omnem commendatiōē ingenii euerteret, maius nomen in patronis fuisset. Et sane qui eēt ad deformitatē a natura compositus, vt videri sine risu vix posset suis rebus atq; existimationi opinor consuleret, si caneret sibi suisq; musis, et eius lucem tacendo potius quam dicendo adiret. Hoc consilium olim Bonoso dedit Homini, facdo et loquaci nimis D. Hieronymus. Nasus inquit non videatur in facie, sermo non sonet ad loquendū, atq; ita et formosus, et disertus videri poteris. Leo magnus Imperator, nepotem Leonē potius quam Zenonem eius parentem, ad imperii dignitatem adlegit, et coronauit, quod Zenonem nequaquam idoneum regno iudicaret, ob animum minime regium, et formam imperio dignam, nam et facie erat odiosissima, et animo longe deteriore, vt Zonaras testatur. Memini Ptolomæi Ægyptiorum Regis, quem Justinus lib: 38 legatis Romanorum viris amplissimis ridiculum fuisse risum, et contemnendum. Merito id quidem, erat enim et vultu deformis, et statura breuis, et gigina ventris non homini, sed bellux similis. Quin et eos (dit Cresolius) ab honoratis subsellijs prohibeam audeam foroq; secludere, qui frequenti vini consuetudine igneum vultum habent, ita Pyropis gē misq; distinctum, vt vibranti quadam luce, hūm oculos percutiant. Qualis opinor Venus fuit Imperator, quem Julius Capitolinus, vultu gemmatum fuisse dicit. Qualis Tyberius, ioco homina his Biberius, cuius vlcerosam faciem pingit Tacitus lib. 4. Qualis denique L. Sylla, quem illustrē ab Atheniensibus memorant, cum eius vultū dicerent esse morum farina conspersum. Præter dicta tamen placet mihi Poeta, quod coronet eos, qui facie minus decori, splendorem habeant, pulchritudinemq; virtutis et sapientiæ.

alius pulchro minus enitet ore
At formam Deus omnipotens sermone coronat
Quiq; vident illum verbis alentur.

bracteata felicitas est. Audiendus igitur istis est Gregorius Nazianzenus, qui morbo tali, medicinam breuit suggerit versu.

Sublimis esto, vita non superbâ.

Sicut vero vitiosa est capitis elatio, ita et nimia eius demissio, dum caput non commutatur magis, quam sit corneum sit, aut æreum, nunquam vt attollatur, ne siquidem de rebus cælestibus, et altissimo domicilio Beatorum sit agendum. Iues vt videatur, obstipas quâ transuerso collo feruntur, imitari. Atq; hic memini Suetonii de Cæsare Tyberio scribentis hominē importuno, et intolerandâ superbiâ. Incedebat inquit ceruice rigida et obstipa, adducto fere vultu. Idem Suetonius cum Dione, de Vitelio Obeso prodiderunt. Hunc milites Imperatorem, terram assiduo contuentem, et obstipa ceruice cū vellent corrigere, et illius vultum in lumine collocare, ac hominum conspectui illius abducto vi capite gladii mucronem, mento subiiciebant. Moderatè ergo, et pro rei varietate caput deprimendum, aut attollendum erit.

Sequitur aliud vitium gestus capitis, si videlicet laxum sit caput, molliq; ceruicum in humeros inflexio, cum identidem caput, caput in vtrumq; humerum per vices demittitur, quasi vertebræ iunctura q; coli sint solutæ. Multi sunt qui in laxam dicentium ceruicem satis aciter inueiuntur, eosq; vt improbos recitatores, et effœminatos premunt. Ex multis Julius Firmicus Maternus, tales persequitur, cum ait. Exornant muliebriter nutritos crines, et delicatis amicti vestibus, vix caput laxa ceruice sustentant. Hinc Tertulianus ceruicem enervem Herculi attribuit, apud Onphalem delicūs emolito. Et D. Chrysostomus maximè fracti colli mollitiem arguit. Item Lucianus perstringens Helicionium, multa memorat, quibus hominis vanissimi fucum aperit, vt lubricum vultum, et picturatorum oculorum coniectū, sed in primis fractam, et fluentem ceruicem. Laxum vero caput, est indicium omnis insolentiæ, ex quo Gregorius Nazianzenus, naturam Juliani adolescentis, ad omnem se se malitiam efferentem notauit, cum inter multa, laxam et solutam, et nusquam in suo statu consistentem ceruicem adtuerisset.

Hisseus vero, clarè pronunciauit colli contortionem, cē amentium

Huic vitio finitimum est, cum nimium sublatis humeris cervix contrahitur. Illis autem hunc cauendum nœuum cẽ video, quibus a natura cervix obesior, et pinguior est, quia his sane facillime contingeret, vt leui humerorum motu caput incumbrare possit, cum risu audientium, atq; sale, qui forte in Oratorem luderent, id Tertuliani de Chameleonte proferentes. Capitulum statim a dorso, nam deficit cervix, itaq; dum flecti. Eiusmodi homines, qui breuius habent collum, lupini generis ait Aristoteles in Physiologia, et ẽ dolosos et insidiatores. Sidonius Apollinaris de quodam Protheo, qui cum esset vitiosissimus, se in omniũ familiaritatem insinuabat. Taceo inquit pro brevitate cervicis occipiti supinato, scapularum adhærere confinia. Contractum vero caput rotare, phanaticum est.

Ex his collige, declamatores qui vna manuum actione contenti non magis caput mouent, quam si ænei sint, aut stipites hæreant ẽ truncos non Oratores, in gestu parcos et contumaces, et nimis in motu religiosos. In huiusmodi truncum ludit cum sale et aceto perluit, Satyra 8. Iuuenal:

at tu
Nil nisi Cecropides truncoq; simillimus Hermæ
Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
Illi marmoreum caput est, tua viuit imago.

Caput ergo agitari moderatè potest, cum res improbatur, aut ẽ minus honesta, significatur. At quatere caput, magna prudentia opus est, et animaduersione affectuum, nec contra decorum est, cum pro ratione materiæ iactatur caput, et etiam vi quadam, spirituq; attollitur, interrogando, minando, retellendo, contemnendo fiduciam interiti animi, et præsentis ostentando. Hic non ferendum putamus in Oratore fricare caput, et digitos scalpere. Fit enim sæpe, vt quos memoria deficit aut rẽ, in nodis grauiorũ difficultatũ explicandis, quibus aqua hæret in causa, qui abditas mentis intelligentias, cæcis veluti nubibus inuolutas habent, ii manu occipicium perfricent, aliasue capitis partes. Digitulo vero vno caput scalpere feminis examinati est, teneri et mollis, quem luxus deliciæq; fregerunt. Seneca in epist: ait, impudicum, et incessus ostendit, et manus mota, et relatus ad caput

GESTVS FRONTIS.

Dico 4. Hæc sufficiant breuiter dicta de vultu, iam frontis habenda est consideratio, in quam prodit animus. Seq. in conspectum effert. Scitè enim Nazarius Panegyristes, in Speculo inquit frontium, imago extat animorum, hinc a veteribus genio consecrata fuit, qod in ea hñt genius insideat, ingeniumq. declaret. Atq. ea causa fuit, cur M. Tullius, de petitio. ne consulatus. Ianuam animi, frontem appellarit. Orator ergo prouidere omnino debet, nè cuipiam videatur perturbationibus agitatus, ad dicendum accessisse, sed potius, qui personam æquitatis sustineat, et mentis moderationem declaret. Itaq. duo cauebit Orator in fronte. Alterum est eam mollem, alterum, ne speciem exhibeat hõis impudentis, audacis, qui frontem præferat duram, ferreamq. quamq. diuina literæ meretricis frontem appellant. Sic Ammianus Marcelinus, eleganter impudentibus aduocatis prostitutas frontes, vilesq. latratus attribuit.

Frontis effictio, mentis leuitate, aut vitio naturæ assumpta, ni grandior ætas authoritasq. excusset, dissimulari non potest. Contra hanc Quintilia. lib. 12. cap: 3. dixit. Quidam subito fronte conficta, immissaq. barba, veluti despexissent oratoria præcepta, sederunt in scholis Philosophorum. Turpe enim est corrugare frontem, vt grauior aliquis videatur, et vita. moribusq. seuerior. Ea causa doctorem quendam reprehendit D. Hiezonymus. epist: ad Rusticũ monachum, his verbis. Cum mensa posita, librorum expositisset struem, adducto supercilio, contractisq. naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipulos prouocans. Ampliis Poeta, illusit etiam festiuè Platonem, quod instar cochleæ, frontem corrugatam haberet. Eadem mente ait Tertulianus contra Valentinianos. Concreto vultu suspenso supercilio, altum est, aiunt.

Caperare seu obducere frontem, expedit in grauioribus causis, in quibus vis animi quædam ardens et incensa requiritur. vt ad terrendos impios et facinorosos, ad scelus in odium vocandum meritamq. hominum offensionem, ad ff inflammandas iusta iracundia mentes. Nam vt in cælo, priusquam existant turbines, et latè incendia tonitrusq. fundantur, cogi videmus nubes, quæ magnam et formidolosam tempestatem denuncient: Sic ista nubila frontis contractio, iustæ indignationis prænuncia, mouet plurimum audientes, cum præsertim erectis, et excitatis ardens Oratoris dictio incubuerit, et veluti Iouia tempestas, vtili quodam horrore animos

complea

compleuerit. Quia præterea veteribus in more fuit ferire frontem, iam his temporibus, quid cuiq; secundum statum, materiam, et naturam expediat, describi non potest. Cicero tamen, vt accusatoris M. Callidii, authoritatem euerteret, ex eo probat fictam eius totam orationē simulatamq; fuisse, non veram, et è iusto, legitimoq; dolore natam, quod neq; femur in dicendo, neq; frontem percussisset. In Græcis æquè Latinisq; fuit usitatum, vt tres ob causas frontem ferirent, ad dolorem, ad admirationem, ad pudorem significandum. Simulare sudorem in fronte, et eam sudariolo tergere, ni iusta causa excuset, leuitatis vitium est. Potest vero plurimas ob causas Oratori sudor emanare: vt e vehementi animi contentione, metuentis ne quid officio deesse videatur, præsertim in summa rei grauitate, et apud eos, quorum teretes aures sunt, et religiosæ. Quibusdam ait Seneca, epist: ll. Etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis, et æstuantibus solet, quibusdam tremunt genua dicturis. Præterea Theophrasti axioma verissimum est, sudare plurimum illos, qui nec cibos concoquunt, neq; dormiunt, vnde si de nocte lucubrauerint Orator, et solliciti animi contentio, alimenti concoctionem impedient, nihil mirum est sudare. Deniq; sudor frontis, potest ex imbecillitate memoriæ erumpere, dū mens cum se ipsa luctatur et enititur, vt in viam redeat, ne de honore atq; existimatione quidquam detrahatur. Hic Sophista memini Polemonis, hominis in dicendo multum atq; diu exercitati, qui cum vidisset aliquando gladiatorē sudore perfusum, et in certamine de vita formidantem. Ita inquit sollicitaris et sudas, vt declamaturus Orator. Præter sudoris dictas causas, faciunt plurimum et istæ, vt magnus æstus, loci angustiæ, magna hominum frequentia, agitatio vehemens Oratoris, et maxime imperiti et imparati a doctrina, cum ita se iactat, quasi Oratorē gestus efficiat. Vltima Aristotelis, quæ priores amplectitur causas sudoris, ratio est, quod maximè in capite cum calefit, sudor existat. Caput enim cum vi caloris humorem extrahit, qui nullam habet definitam sedem, necesse est, vt eum extrudat calor, in frontemq; eiiciat.

GESTVS OCVLORVM.

Dico 1ō. In partium omnium complexu, quæ sapienter sunt ab Oratore moderandæ nullam esse, in qua maior diligentis animi prouidentia, quam in gestu oculorum adhi-

benda sit. In fronte enim aliisq; tacitæ quidem affectiones adumbrantur. In oculis autem lucet ipse animus totus, atq; eminet, et in omnium intuentium, aspectu immittitur. Pythagoras oculos appellabat, Solis ianuas. Profecto in oculis animus inhabitat, inquit Plinius. animo enim videmus, animo cernimus, oculi ceu vasa quadam visibilem eius partem accipiunt, atq; transmittunt. Audiamus quid L. Crassus, 3 de Orat: apud Cic: dicat. In ore inquit sunt oculi, in eo autem ipso, dominatus est omnis oculorum. et post pauca. Animi enim est omnis actio, et imago animi vultus est, indices oculi. Nam hæc est una pars corporis, quæ quod animi motus sunt, tot significationes, et commutationes possit efficere. Quare Demosthenes ait, diuina prouidentia factum, vt per oculos mores in aspectum venirent. Non enim inquit, eos ad necessarios duntaxat vsus idoneos præbuit, sed cum virtus aliquorum, vix in actionibus appareat, per visus indicia, pulcherrimos mores declarauit. Hoc ipsum voluere Ægyptii, de quibus Diodorus Siculus lib: 4. qui cum iustum hominem exprimerent, oculum adumbrabant, eo quod oculus plerumq; qualis cuiusq; sit animus, repræsentet. Ait verè D. Hieronymus epist: 10. Speculum mentis est facies, et taciti oculi cordis fatentur arcana. Demosthenes oculos appellauit lucernas animi. M. Gregorius, animi fenestras. S. Chrisostomus, membrum animi quoddam, idq; Speciosissimum. Plinius, dixit esse præcipua pronuntiationis adiumenta, oculos atq; manus. Nam auditores qui amant, oculos præsertim intuentur, vt ex Arist: prodit Athenæus.

Volo itaq; primum in oculis istam haberi rationem, vt nec diu aperti sint, nec risgentes, neq; item frequentius occludantur, et nictent. Deos olim, hoc est improbissimos genios cum in assumptis corporibus apparerent, palpebras, nunquam occludere existimabant, de qua re ait Heliodorus. Ex oculis inquit, notari possunt Dii, cum continuo obtutu, intuerantur, et palpebras nunquam occludant. Qui ergo nictare non cessant, eos pauidiores vocat Plinius, qui nimium connuent, eos Arist: inconstantia plenos: qui rigidos habent oculos, impudentes ee existimauit, mediocritatem vero inter ista, laudabilium morum, notã esse dixit. Arcesilaus Philosophus cum ditiorum quezundam oculos esset intuitos ludibundos, et tenere voluptatis plenos, nihil interest inquit, quibus membris cinædi sitis. De Sardanapalo impuro homine, Scribit Justinus lib. 1. quod mollitia corporis, et oculorũ

lasciuia

lasciuia, omnes fœminas anteiret. Et sane est communis, fuitq; sapientum opinio, oculum vagum et liberiorem, eē indicem leuitatis, et flagitiosæ cupiditatis. S. Basilius impudicos ait iuuenes, ebrios esse oculis. Eiusdem generis oculi, latinis dicuntur fracti, de quibus sapienter Aristoteles, in phisiognomia. Confracta oculorū duo inquit significant, hoc quidē molle et fœmineum, aliud vero demissum pauidumq;. Oculi itaq; plerumq; mores hominum indicant. quorum mobilitas, non omnino quælibet damnanda est. Herodianus lib. 3. ætate florentem Imperat: laudans, et summa oris pulchritudine amabilem, inter cætera posit rutilantium oculorum, æquabiles et veluti numerosos motus. D. Gregorius Nissenus Moysi tribuit, viro eximia oris dignitate præstanti, dulcem oculorum splendorem atq; lucem.

Est etiam nonnunquam in oculis volubilitas, quæ promptā mentis, celerem agitationem testatur. Verum sunt quidam, qui dum illam oculorum mollitiem, lasciuiamq; refugiunt, tristem quandam et indecoram fentatem induunt. Constantius Imperator, magni Parentis cura et prouidentia, liberalissimis studiis eruditus, minime regium existimabat, sed potius furiosæ dementiæ congruens, et consentaneum, immani oculorum abstutu aspicerēt, idq; in hominum vitio, morboq; reponebat. Vnde ob Saturnium oculum, plurimi male audiebant. Et Socrates taurinis oculis dicitur fuisse a Platone. Qui a geniis improbis agitantur, illos existimat Xenophon, eē aspectu truculentiores. Quare Julianus Christianæ religionis desertor, ab eo tempore, quo nefariam in Specum descendit, ad dæmones consulentes, rediit (vt ait Greg: Nazianzenus) furioso oculorum obtutu formidabilis. Vnde qui naturali oculorum vitio laborant, peruersissimo aspectu, et distorto, non videntur Oratorio posse muneri et dignitati satisfacere. Nam profecto iocabatur et illudebat Socrates, qui contendens cum Critobulo de pulchritudine oculorum. Tui inquit, tantum directo aspiciunt, mei autem etiam transuersi, propterea quod exterius promineant. Torue tamen aspectare aliquando conuenit Oratori.

Jam quid dicendum sit, de igneo seu irato oculo, certum est eum plurimum valere. Notum est illud Cai Imperatoris, qui oculorum veluti fulmine, Aggrippam

Regem ita perterrefecit, vt pene solo timidum affixerit, cui ipse regie et insolenter. Ignoras me inquit non minus oculis, quam voce loqui solere?. In hoc gestu oculi, debet moderationem adsibere Orator, quia leonum proprium est, oculis terrere. Et quidem sic vigor oculorum laudatur, sed moderatus. D. Hilarius aspectu ipso Hæreticos fractos et domitos conficiebat. Itaq in illius Epitaphio positum est.

Vltius aspectu serpentes ferre nequibant
Nescio qua in vultu spicula Sanctus habet.

An vero lachrimæ aliquando constantiam oratoris deceant! dico quod sic, modo ista non muliebres, aut pueriles sint. Græcia lumen Demosthenes, tam id habebat consuetum et solenne, vt eo vno, causas eripere videretur. Itaq æmuli illius gloriæ, qui cum eo de præmio eloquentiæ, palmaq certarunt, nullum ipsius in dicendo artificium magis horrebant, quam si fletu animos incenderet, et iudicum sententiam, ea doloris significatione captaret. Æschines in Demosthenem inuehens, cum vellet istius machinationis vim potentiamq retundere. Facilius inquit, hic plorat, quam alii rident.

Caninum oculum dico fugiendum esse, quia hic est nota impudentiæ. Agamemnon omnia pro libidine sua agebat, os suum libere ostentabat, Illi igitur non sine causa Achilles in concione canis oculos impudentesq attribuit. Scribit Arist: in oculis pudorem esse. Vitium deniq oculorum est, in peruerando, si in vnum locum oculi defigantur; turpius autem est. cum aliquis reprehenditur in eum oculos proijcere, est enim tacita, et peracerba accusatio non ferenda, quam vix deinde vlla excusatione imprudentiæ declamator eluat. Modestus ergo debet esse, et pro circumstantia orationis oculus dicentis grauiter variari, vt plus vultus grauitatis quam verborum pondere officiat Orator. Magnū Æneam, aiunt fuisse eo grauitate et moderatione oculorum, vt ad eos qui ab officio recederent coercendos, sufficeret ipse tantum viri sapientis et diuini conspectus.

GESTVS SVPERCILIORVM.

Dico 6. Supercilia veteres in Iunonis seu Lucinæ tutela esse veteres voluerunt.

runt. Est vero in Supercilijs quædam pars animi, vt ait Plinius. Quare Demetrius Phalereus sapienter dixit, Non parvum, aut negligendum ee membrum Supercilium. Posse etenim vitam omnem obscurare. Quintilianus oculos inquit, Supercilia formant aliquatenus et fronti imperant, et ira contractis, tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur. De his Quintiliani monitio, perutilis mihi videtur. Vitiosum est, in Supercilijs si aut immota sunt omnino, aut nimium mobilia, aut in æqualitate dissident, aut contra id quod dicimus finguntur. Supercilio quandam vocem attribuit Ouidius, in epist: Phelentini. Gestus Supercilionum.

quoties ergo tecta notaui
Signa Supercilio pæne loquente dari.

Et ibid: Multa Supercilio multa loquare notis

Verum maxime Supercilium significat fastidium, arrogantiam, et insolentem contumaciam. Plinius lib. 11. de Supercilijs ait. Hæc indicant maxime fastum, superbiæ alicubi conceptaculum, sed hic sedem habet. In corde nascitur, hic subit, hic tendet. Nihil altius simul abruptiusq; inuenit in corpore, vbi solitaria esset, sic sumitur Supercilium pro fastu superbiaq;. Est etiam in Supercilijs quædam maiestas, quæ causa est cur Poetæ summo omnium rerum moderatori Deo Supercilium tribuunt. Homerus Supercilijs annuere, iisdem tremefacere Olympum, Horatius. Cuncta Supercilio mouere dixit. Hinc Martialis Romano Imperatori, qui proxime ad numinis potentiam et maiestatem hominum opinione accedit, aut veretur, terrarum domino Supercilium concedere, hoc est nutum et maiestatem, qua imperium orbis terræ administrat. Præterea Supercilium honesta grauitatis, seueritatisq; notam habet. Catonianum Supercilium communi puerbio grauibus et doctis seruit. Id decus et insigne L. Piso, æmulabatur, eripit eam laruam Cicero aliquoties, pro Sestio. Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio vt illis Supercilio tanquam Atlante cælum niti videretur, et alias. Hic bos rugis, Supercilioq; decepit. Indecora ergo penitus, et rusticana motio, et mouenti imitatio cauenda est.

GESTVS AVRIVM, NARIVM.

DICO 1. Solius hominis primum esse aures non mouere, eo quod indecorum sit. D. August: lib. 4. de ciuit: Dei, quosdam eē ait qui aures moueant, vel singulas vel ambas simul: verum tales Satyrorum similes sunt. Videndum autem est Oratori illud Galleni de medico quodam insciente dictū. Hic vt Asellus auriculas commouet. aut illud. auriculas asini Midas habet. Quantum vero ridendi sunt adolescentes, qui flosculos, aut alia quædam huiusmodi ad aures ferant, procul sine cum illis cedant, qui speciosum eē putant, infimas auriculas auro immisso lacerare, mollioris animi, effœminataq; naturæ iisq; bellis veneris Amasyis haud leuius exprobra necesse est. Quam Apollonidi quondam vir summa grauitate et eloquentia Xenophon. perforatas aures habes, non enim tales vinecæum se ingredi putent, vt Achilles quondam, qui vt ait Tertullianus, aurem foratu effœminatus, inter puellas saxum ementiebatur. Platoni dum adhuc esset adolescens, aurem genitor perforauerat, in aureq; emiserat, sed meliori prudentia Plato eam breui tempore detraxit. Nares pro dendis animi affectionibus, et maximæ iracundiæ significandæ, nihil dubium est inseruire, dum nimirum præ indignatione, qui infimo in pectore inflammatur spiritus, per nares, cum impetu eiicitur. Sic apud Theocritum naso grauis insidet ira. Hinc irato dat fumantem nasum Martialis. Naso item irridere atq; illudere solemus. Vnde natum est, naribus vti. Suspendere naso, a Persio sanna rubosa scitè nominatur, quod est crispare nasum, vt Satyra 1.

Ingeminant tremulos naso crispante capillos.

Hic gestus magis ad Comœdos, quam in forum, curiamue inducendus est.

Vitia in naribus vitanda sunt aliqua, quorum turpe est loqui venare. fœmineum enim est, et politis hominibus intolerabile est. Solet autē id euenire aut stulta quadam molliq; æmulatione, aut sponte naturæ, cum spiritus qui per nares exit, ob angustiorem viam, parcius emittitur, ore ipso quasi indignante, spiritusq; occludente, quem modum dicendi, rancidū vocat Poeta Satyricus.

Rancidulū

Rancidum quiddam Galba de naze mutus.

Præterea hoc vitium solet perfici a morbo turpi, a morbo turpi, qui vocatur Gallicus, cum in malam partem fuisse acceptum, docet Polemon, quod qui de naze loquerentur, eos vulgo iudicet malignos, inuidos a natura factos, industriaq; fictos. Fit autem triplex sonus naribus, primus qui est flagitiorum hominũ, et cynædorum. de quo Clemens Alex: lib.3. Pæda. qui repræsendit impudice ridentes, impurũ, et cynædium ad lasciuiam sonum per nares edentes. Graviter sane Tacianus contra Græcos id gentilibus exprobrat. Quid inquit obsecro fit apud vos egregium, obscœna verba naso resonante effuciunt, et motus indecentes mouentur. Secundus est sonus de nare præcipitis iracundiæ argumentum, de quo item Alexandrinus. Naribus inquit non secus ac rana plausum edunt, vt qui in naso bilem, veluti insabitantem habeant. Est deniq; indecorus alius sonus emissus per nares, qui rus olet, et aggrestem institutionem, ex quo vitio inter honestos mucoso Orator. nullum locũ ẽe posse video, quod cum illius nares humoribus abundent, debeat priusquam in mediũ progrediatur, nares purgare. Extremũ est, quod cauendum est, vt Orator a sternutatione abstineat, sternucationem bonum omen fuisse veteres opinabantur, salubriq; auspiciis, atq; a deo rem diuinitus fortunare. Vnde id Catulli, dextram sternuit approbationem: et Propertius lib. 2. et 3. sternuit omen amor. Quod a Sicula Musa deceptum est, cui amores sternutauerunt. Sternutatione Athenienses aduersarii Persarum copias dimicaturis, omen est datum. Sternutamentũ symbolum ẽe veritatis Mag. Albertus asseruit. Sed quia ex hoc genere multa superstitionis crimina inter homines crescebant, ideo D. Augustinus Ser: 241. sternutationes sacrilegas et ridiculosas appellauit. Eodem modo Origenes in Iob. lib.3. vt multi alii, et S. Basilius, et Clemens & Alexandrinus persequuntur eam stultitiam hominũ, qui ex sternutatione mores vedarguebant. Quare optime clemens Alexandrinus videns subiicit. Vnum te monitum velim, ne si quando dolueris è dentibus, aut ætate fueris prouectior in amplissimo dicendi loco sternutes, Scis enim quid Hyppia quondam Atheniensi

contigit, qui cum senio esset debilitatus, et vacillantes haberet dentes, et vehementi sternutationis quassu, et capitis commotione, unus ei dens, ab ore excussus est, quem medio in puluere, vix deinde inuenire potuerunt.

GESTVS et COMPOSITIO ORIS.

DICO 8. Os cum sit opifex et ianua orationis, animi vestibulum, cogitationum comitium necesse est Oratorem in actione illius ēē maxime circumspectum. Oris ergo non est nimium mutanda species, ne ad ineptias, aut ad prauitatem aliquam deferatur. Quidam enim os in dicendo contorquent, vnde iocorum materiam suppeditant. Facetum est illud M. Antonii Oratoris, qui Testio Panario mentum in dicendo intorquenti, dicebat, Si nucem fregisset. Et Seneca lib. 2 de benefi quendam irridet, cum dicit. Quid vultum habituq; oris peruertis, vt malis habere personam quam faciem? Proxima huic deformitas est, immanis oris diductio. Commemorat Crassolius lib. 2. de gestu Oratoris, quosdam iuuenes duos, quos nouerat ille, quorum alter pene fatuus habebatur, alter impudens: Hi vultu plane canino fuerunt, ore ita fisso, vt pene ad aures pertingeret: Simias prope dixisses manuleatas, aut hiantem et e turbida tragœdia personam. Gregorius Nissenus, oris dilatationem indecoram dicere non dubitauit, propriam ēē amentium. Os diducentibus finitimi sunt illi, qui buccas inflant; quo in vitio S. Hieronymus describit Iouinianum buccis tumentibus loquentem, et inflata verba crutinantem. Hoc dedecus et turpitudinis oris, persecuta fuit in se Minerua, cum enim indecorè se inflare tibias buccis tumentibus, in undis animaduertisset, protinus istius artis instrumenta, repudiauit cum his verbis. Abite in malam rem, probra corporis turpia. In buccas eiusmodi sales multorum et dicta occurrunt. Cicero in Pisone fluentes buccas, et consutas insimulatq;, vt molle quiddam, et effœminatum. Strabo Pompeias Rhetor ingeniosus quæ alteram buccam habebat inflatiorem, acumen styli tentare illam dicebat.

Quid de illis statuemus qui identidem dentes nudant, et ostendunt. Appius

Claud

clausus, a litera z, vehementer abhorruisse dicitur, quod dentes mortui dum exprimitur, imitatur.

Stridor dentium, non est conueniens Oratori, qui a Seneca lib. 3. de ira, vocatur dentium inter se arietatorum sonitus. Gallum Cæsarem eo gestu concionem habuisse, ad suos milites, testatur Ammianus in hæc verba, Colligi omnes iussit armatos, et cum starent attoniti, districta dentium acie, stridens. adeste inquit viri fortes. Multo magis turpe erit, linguam exertare, in labiorum vero ductu multa cautione opus est, ab hoc enim vitio, omnes fugiunt Oratores. Quia labra hoc in pronuntiando faciunt, quod digiti admoti, ad formina tibiarum, quorum compressio aut diductio tantum et harmoniam, et sonorum varietatum moderatur: hac similitudine D. Gregorius Nissenus vtitur. Non sunt igitur nimium labia diducenda, aut comprimenda. Impotentis animi erit, ita concuti tempestate affectuum, vt labia tremant: Inde enim sequitur, manca et mutila vocum enuntiatio, vel cogitur Orator in medio cursu hærere, propter vehementem iracundiam. Hinc sequitur, frendere dentibus, linguam et labra morditus comprehendere, constringere digitos in pugnum, corpore omni decitari, et douiorum a mente, et qui inopes rationis sunt. Ita aliquando quidam Lacædemonius Orator, homo promptus et proiectus ad audendum, sed non satis ab eloquentia paratus, cum videret in accessu, et ipsa actione causa, iure ac lege omnia fieri, et in corona doctissimorum hominum fraudi, auctacisq; ei intercluſam fanuam, tum capit ægritudine confici, respectare suos, animum despondere, mutare vultum, ringi, dubiusq; et anceps labra sua momordit. Et contra risus omnium opinione debet procul esse ab Oratore. De Platone fertur quod adeo fuerit verecundus, adeo compositus, vt nunquam ridere immodice deprehensus fuerit. Hinc in legem abiit, illa viri magni consuetudo atq; modestia: nam memoriæ proditum est, nefas et inuisitatum fuisse, vt quis in Academia rideret. Causam attulit Ælianus, ab iniuria enim et contumelia, animiq; dissolutione, furum et inaccessum eum locum seruare conabantur. Pythagoras Carrio teste, a risu abstinuit. Anaxagoras Platone

antiquior, nunquam risit. Gregorius Nazianzenus, dixit fructū eē Philosophiæ non exiguum, nimii risus immoderationem compescere.

Iperum cum Oratori ~~risum prohibemus~~ eum immoderatum prohibemus. Ipse Cicero, semper suavis videbatur, atq; in risum proclivis. Et ipse Seneca de se profitebatur, epist. 113. Dissilio inquit risu, cum mihi propono, Solœcismum animal eē, tyrannicum igitur est, risum prohibere, et Imperatore Caio, dignum facinus, qui Justitium sorore sua demortua, sic indixit, vt videre capitale foret.

Duo genera risus vitanda sunt Oratori, alterum effrenatum et immodestum, alterū lasciviam redolens, et flagitiosi animi teneritudinē. Talem appellavit Macedonius Poeta, Græcus hinnitum, quem pravium esse ait nuptiarum. Præter risum in Oratore est turpe screare, et spuere, ad fastidium auditorum. Marcellinus inter laudes Constantii Imper: reponit, quod nec spuisse aliquando sit visus, neq; flares in publico exterfisse. Julianus (teste Zonara) tomo 3. cum vacuis laudem aucuparetur, ita fuit temperantiæ studiosus, atq; omnes vitæ voluptates, sic edomitas habere voluit, vt illa etiam quæ nāturæ comitantur, rugas et sputa, summa curā vitaret: dicebat enim Philosopho si fieri posset, ne respirandum quidem eē. Apud veteres, docet Ammianus, fuit illa ad mensas institutio, vt servis conviviorum administris, et astantibus officii causa, spuere non licuerit, quam ob causam prostratis pellibus, labra omnium vinciebantur. Et Tacitus scribit lib: 16. Neronem Imperat: Cytharæ legibus obtemperantem, ita venire solitum, vt nulla oris, aut narium, excrementa videreas, sed labra debent maxime, qui sublimè e suggesto dicit, ne suos auditores despuat, et saliva aspergat. Neq; debet expectare Orator, vt cum Dionisio parē auctoritatem habeat in eos qui audiunt, Nam cum sputator, in loquendo eēt ille tyrannus, et tanquam Juppiter humorem spargeret, assentatores, quos Dionizocolacas nominabant, sputo faciem conspergendam illi obiiciebant, quidq; ex ore ille emisisset, melle videbant dulciora videri. Hoc dedecus adhæserat in agendo Æschini, quem insimulans Demosthenes agebat, omnes insputare. Id Aristides ioco nominavit, improbè oscitare. Nam cum ille per testulam Athenis emitteretur, in ipsa urbe petulans quidam, et impuri oris adolescens illum conspuit.

Aristides

Aristides facto contumeliæ genere nihilo commotior, cum linteolo sputum detersisset, ad magistratum in cuius cum erat comitatu, hoc tantum. Admone inquit istum, ne postea tam improbe oscitet.

Sed quo in loco rusticana illa ponemus ingenia, qui dicentur eiusmodi Oratores, cum non modo proximos Auditores spuma conspergunt, sed in sinum etiam propriū despuunt? An dicemus quod de Socrate ille apud Tullium Platonem, opus adhuc videri esse nutrice, quæ puellum emungat, quæ lineum amiculum propere ad pectus accommodet, ne tunicula maculetur. Diluit eam maculā mortarii aceto Iuuenalis. Tunc immensa caui spirant mendacia folles

Conspuiturq; sinus?

D. Gregorius Nyssenus, Eunomium arguens, qui ore incesto multa insolenter et impiè blaterabat. An non tibi inquit soluta est mollis Sophismatis complexio? non sentis te in ipsos sinus despuere? Nisi forte ideo aliquis despuat declamando quod torpeat in dicendo, cum Plinius lib. 38. cap: 93. dicat torporem sedari, quocunq; membro instupente, si quis in sinum expuat. Huic finitimū est spumas ore agere. Nam ira vehementia, os spuma vel potius veneno abundat, quod belluarum est. Suspirium etiam in morbis aliquando ponitur, quod vitium notat Quintil: et insimulat his verbis lib. 11. cap: vltimo. Sunt qui crebro anhelitu et introsū etiā clare sonante imitentur iumenta onere, et iugo laborantia. Huius affectionis initium est, ab angustia cordis. In amore vero, id fieri tam est omnibus expositum atq; ratum, vt suspirare sit amare, vel desiderio vehementi appetere. Hinc illud. alios suspirat amores. In sermonis principio suspirare, molle et fractum, et effœminatum est.

Et Singultus, marius est quoddam suspirium, vt facile patet in Epigrammate Græco. flebiliter singultiens suspirabat amor. Singultus inter priuatos parietes valet, non in amplo, et erudito cœtu. Oscitatio vero est, penitus indecora. Huius notæ Arcesilaum fuisse volunt Philosophum, natura ineptum, et rusticana institutione semper oscitabundum, sed qui tamen in Mathematicis disciplinis plurimum intelligere putaretur: Quare faceti viri et ingeniosi aiebant,

Geometriam in os eius ascitantis, inuolasse.

Mulcere barbam leuissimorum et arrogantium ĕĕ iudico hominum vitium. Reperias enim aliquos qui pilorum, serpentium, atq; fluentium magnitudine sapientiam ostentent. Et videas alios, qui mentum ipsum ita studiose attrectent, vt acuere veluti clauum videantur, quo aduersarios deinde cruentent, et defigant. Meminit Lucianum prodere solitas olim induci personas in comœdia barba in acutũ efficta, et cuneis speciem, quamobrem cunei barbi dicebantur. Turpis igitur illa mihi videtur gloriatio, propter barbæ longitudinem, et copiam circumspiciunt se magnificè, atq; venditant vt vel etiam Reges barbæ appellari velint. Sicut olim Epicrates Atheniensis Orator appellatus fuit Rex barba, quod eam præter omnium consuetudinem prolixam haberet. Ea res materiam semper Poetis illudendi et iocandi suppeditauit. Noster Rochanouius capro in facetiis medicã adscripsit barbam. Salsum illud est Ariani in Philosum sapientem, cuius barbam eleganter appellat, periculum ad muscas abiendas peridoneum, et syluam ipsum inutrire ait, non mentis consiliiq; effectricem, sed pediculorum. Eam ob causam Iulianũ Imperat: quidam nominauerat capellam. Alt Herodem Atticum Principem alloquitur quidam palliatus, barbam ad pubem vsq; protensam ferens, petiitq; sibi æs dari ad emendos panes. Interrogat ille quis esset, at Philosophus severo vultu atq; obiurgatorio, se Philosophum ĕĕ respondit, mirari autem se, cur quærendum putasset, quod videret. Tum Herodes acute, Video inquit barbam et pallium, Philosophum adhuc non video.

Gestus corporis totius.

Dico 9. Truncum ipsum Oratoris debere ĕĕ rectum, qui in Plauto status basilicus dicitur, quem Marcellinus filum corporis eò rectam compagem nominat. Nam cum elogium Galli Cæsaris pertexeret, forma inquit conspicuus bona, decente filo corporis, membrorumq; recta compage, flauo capillo &c. Tertullianus vocat scenam corporis. Debet ergo status corporis erectus esse, et celsus, plenus dignitatis. Rectum enim corpus, quod neq; supinum est, neq; terræ

immine

imminens, liberalem quandam habet ingenui animi speciem, et dignitatis non obscuram significationem. Odiosa vero est, omnis supinitas, teste Quintil: Sicut odiosa est, omnis superbia, quæ vt ait D. Hieronymus, proprie in extensione colli, et cervicis erectione monstratur. Quidam deniq; pectore fere omni in partem anteriorem inclinant, sed olim proni homines, male apud omnes audiebant. Amphictyonem Regem Atheniensium dicunt, cum diluendi vini ratione docuisset, perfecisse apud suos, vt qui antea propter immoderatam vini ingurgitationem, curui in terram pronique incederent, recti ambularent. Ob tantum igitur beneficium recto Baccho aram exædificauit. Optime in curuos Oratores Sidonius vocat pronos rastros fossores. Aristoteles in physiognomia, inter signa impudentis, et inuerecundi reponit statum corporis non erectum, sed aliquantulum pronum.

Pando esse corpore, seu arcuato plerumq; in eos, qui longioris sunt staturæ hoc vitium incidit. Cynasias Cyclicus magnus et exilis hanc corporis inflexionem corrigebat, tabellas sumptas è ligno tyliæ ad corpus adsibendo, quæ sustinerent se ob proceritatem, et gracilitatem corpus inflecteretur. Eadem industria ad corpus erigendum pius Antoninus Imperat: vtebatur. Non probantur itaq; quibusdam Oratores longi, et in magnam altitudinem excitati, nisi eam magnitudinem pulchritudo, dignitasq; oris compenset. Qualis fuit in Seuero Cassio, (teste Seneca) Corporis inquit magnitudo conspicua. Eam corporis magnitudinem formæ elegantia, in Proculo cive Romano illustrauit, qui propter eximiam totius corporis altitudinem, et speciem, Colosseros fuit nominatus, quod esset corpore in summa altitudine, exaggerato et Colosseo. Proæresio, ab Eunapio, et aliis magna formæ elegantia adscribitur, adeo, vt admirationi fuisset nitorem formæ, sufficere potuisse, in tam corpore procero, ad optimam corporis figuram. Maiore fuit statura, quam quis credat, imo, ne conuiciat quidè facile, vno namq; pede, cæteris altior extabat, colossum mentitus.

E contra cum vitio formæ, ingentis corporis Oratores illusi. Vespasianus procerum hominē, et inuenustum irrisit, nominando eū longā Satam. Euripides nimiū vastos Ixes appellauit fori simulacra. Corbulo fidū Cornelium ciuem Romanū, dum in Senatu se mutuis aspergerent contumeliis, struthiocamelum nominauit, quod nimiū longo corpore esset, tenui et angusto collo, et notabili crurum gracilitate.

Quæ dicti actionis ignominia, ita pupugit ſñem, vt in ipſa curia lachrimas emitteret. Cauebit Orator fractum et ſolutum corpus in dicendo habere, quia talis ſitus meretricii, et mollis ſtatus eſt. Hinc laureata eloquentia Martyr Cyprianus, elegantiſſime virum in fœminam ſe frangere dixit. Peccant deniq; illi contra decorum qui ita iactant corpus, et emicant celerrime, tamq importunè agitantur, vt etiam vicinos abſterreant. Iocus Cnei Sicinii eſt apud M. Tullium acerbior, quo iſtum Æquum, in curione irriſit. Nam cum hic multa verba feciſſet, præſente collega Octauio, medicamentis delibuto, Sicinius omnino faſtidioſè: Nunquam inquit Octauii collegæ tuo gratiam referes, qui niſi ſe more ſuo iactauiſſet, hodie te muſcæ iſtic comediſſent. Nonnulli præterea, quod ſuperbæ inſolentiæ, leuiſſimæq; naturæ proprium eſt, glorioſe corpus, et tumidè circumferunt. Soleant enim, elatione mentis inflati, quaſi humeros oſtentare ſuos, et cum neminem ſocium velint, aut parem putent, huc et illuc iactare ſe, ſoliq incedere.

Homines vero, vt cum Apuleio dicam, vaſtis corporibus ſarcinoſi, quiq tergo pulpoſis toruis obeſa trahunt, minus decoro Oratorio ſeruiunt. Diogenem canem aiunt feciſſe, cyſticè quidem, et forte intemperantius, ſed verius docens eos, a dignitate Oratoria ēe remouendos, qui præter ventrem nihil allaturi videantur. Hic cum incidiſſet in Anaximenem, aliquando pingui corpore Rhetorem, ſñem rogauit, vt ſibi lauticiarum inopia laboranti, aliquid ventris pro humanitate ſua largiretur. quippè inquit, et tu oneris leuationem ſenties, et nos tenues inanesq recreabis. Demadem quondam illudens Antipater, famoſum Græciæ Oratorē, ſed in ſumma tamen inſolentia, et vitæ intemperantia verſatum, aiebat ex eo veluti hoſtia immolata, linguam modo et ventrem ſupereſſe.

GESTVS MANVVM.

Dico 10. Exclamat Epictetus magnum et pollentem ēe deum, qui manus hominibus dederit. Lactantius Firmianus, manus vocat rationis et ſapientiæ miniſtras. Anaxagoras ait, hominem ideo prudentiſſimū omnium animal videri, quoniā manus omnium manūs obtinet. Statuitur manus eſſe, proprium quoddam naturæ

loquendi fun

loquendi facultate preditæ instrumentum, quod eorum opera expeditior in nobis sermonis vsus sit. Itaq; sapientes Ægyptii, qui sacras notas adinuenerunt, sermonem inuentes, linguam subtusq; manum pingebant, vt Author est Horus Apollo, quasi vtrumq; sit ad prodendam animi sententiam necessarium. Pindarus cor et manus coniungit, quod quæ latent retrusa in mente, atq; abdita, beneficio manuum in apertam lucem proferantur. Vim eandem adscribit Cassiodorus de anima libro, cum sic ait. Manus singulariter datæ sunt, ad multas cogitationes nostras communiter explicandas. Plinius lib. 2. epist: 19. dixit recitantium propria adiumenta pronunciationis ee manus. Tum Secundum Magnú Basilium quia corpus est veluti curia quædam, et consilium animæ, ideo cuius consilii, et curiæ debent esse administræ manus. Atq; in voce vnitonium, sic in motu manuum, veluti per eandem lineam, eodem circumductiones fugiendæ sunt Oratori. Debet enim Orator secundum necessitatem causæ, manuum actionem variare.

Principatus manus in agendo, dextera est. Vnde Quinctil: monet. Manus sinistra inquit, nunquam sola gestum facit, dextera se frequenter accomodat. Hinc annuli in sinistra gestantur, ne continua dextera motione, perlucidi adamantes, et leuiti laud leui damno exuuiantur. Aristi: Sectione 6. proble: 5. querit, cur in dextrum latus incumbentibus suauior somnus eueniat! Atq; respondet causam ee, quod cum somnus motionis sit priuatio, partes eas quarum sit principatus in mouendo, quiescere oportere: dextram autē ee huiusmodi patet ex eodem. Fons inquit, et principium omnium motuum est, a dextera. Cuius rei patet ab experientia argumentum, quod onus omnes ferant in sinistris, quod non nisi laboriosissime fieri posset, si dextera, motionis videlicet principio imponeretur. Hoc enim innatum esse cuiq; animanti, et diuinitus impressum (vt idem testatur) vt dextram moueant, sinistra moueantur. Poeta dextera maiestatem et grauitatem attribuunt. Absalon, de quo in diuinis literis multa nominantur, cum vellet memoriam nominis sui ad posteritatem omnem propagare, mollem quandam exaedificauit, in qua tantum dextræ manus effigiem collocari voluit, cum hoc elogio

Manus Absalonis. vt per omnes consequentes annos eo indicio potentia adolescentis magnanimi atq; regii cognosceretur.

Non est itaq; ad motum et actionem primo opportuna sinistra. Causam dat Aristoteles, quod ex omnibus animantibus homo maxime sinistra frigentia habeat, et esse clarum prouidentiæ genus, et artificium, quæ propius cor ad sinistram admouerit, vt pigram et torpentem illam hominis partem, calore suo vegetet. Hic pigritiam sinistræ adscribunt plurimi. Et Plautus furtificam leuam vocat. Ouidius ait. Natæq; ad furta sinistræ, quod illa vt pote abdita, et posita veluti in obscuro furtis aptior sit. Debet ergo sinistra seruire dextræ, quod ita comparatum sit a natura, vt læua dextris, obsecundent.

Manuum subiectiones, collisiones, complosiones, conspectinationes prudenter et raro, et conuenienter personæ grauitati adhiberi debent. Manum intra pallium, togamue in dicendo tenere, turpe est. Hoc reliquum præterea est, manum optime a sinistra parte incipere, in dextra deponi, sed vt deponi non ferire videatur. Quares num cyrotecas habere possit Orator in dicendo? Rndeo, omnino id mole et fœmineum ĕĕ, nisi quis forte scabiosus aut fœdis manibus sit.

Brachium generosè mouendum est, quod ex circumstantia debita procerius proiectum, quasi quoddam est telum Orationis. Cubitum ventilare in vtrumq; latus, cerdonum est. Talem Oratorem quidam admiratus dixit; aut ego fallor, aut iste aliquando sutor fuit. Nolo ergo meum Oratorem in cubiti motione versari, vt non a sedula ludoq; ad dicendum venisse, sed a crepida videatur. Brachia deniq; concutere, quasi mox euolandum esset e conspectu, Struthocamelorum est, qui in terra positi, semper tamen alarum agitatione fugam meditantur. vel consuetudo est gallorum gallinaceorum qui in victoria vocem læti efferunt, et alarum plausu latus verberant. Displicent et illi qui ita exiliunt humeris, quasi puncti acu forent. Quidam non ventilant quidem humeros, neq; subsiliunt, sed superbiæ tumidæq; arrogantiæ vitio, eosdem plus æquo sustollunt, quasi in pompa cyrensi heroum aut diuum simulacra. Hic nævus leuium

et gloriosi

et gloriosorum adolescentum agnosci potest, quos videmus ita quadratos circumferre humeros, et circumrotare, vt publicis in viis dum occurrit huiu frequentia, moueri omnes videantur, tanquam e formula: Caue ne quis in eam humerorum magnifice librata, et circumlatam molem incurrat.

SITVS et ACTIO PEDVM.

DICO II. Non sunt profecto pro nihilo habendi pedes, et actori despiciendi, quasi in luto cœnoq volutentur. Nec videtur mihi repudiandus antiquorum prudentia, qui pedes eloquentiæ præsidi Mercurio, gestumq Doctori suis religionibus consecrauerunt. Primum ergo pedis suppulsio cautè et maxime raro adhiberi debet: Et pedis quidē suppulsionē ppriā esse iracundiæ, censuit Seneca. Pedes præterea debent eē firmi, et nec in dextrum aut lœuum vacilare. Qui vero ita pedes diuaricant, vt Græcum χ exprimere videantur, digni sunt vt rideantur. Eiusdem sunt generis et illi, qui perpetuo commutant statū, et ad singulas periodos, inepta vicissitudine, modo hunc, modo illum anteponunt pedem.

DICO 12. Cum actio sit multiplex, fortis videlicet, vehemens, concitata, tamen magis sequenda est ea, quæ placida vocatur, et gravis. Oratio denique sine actione, est lucerna sine luce, corpus sine animo, ruchis picturæ sine coloribus, cibus sine sale, nuncius sine spiritu et motu, qua fidem non facit sed abrogat, non delectat sed tristitia afficit, non mouet, non inflammat, sed somnum et torporem inducit. Vt melior sit infantia cum gestu, quam eloquentia etiam maxima, sine actionis vita. Accedat grauissima Summi Oratoris sententia, Demosthenis inquam, qui interrogatus, quid esset in dicendo primum? actionem: quid secundum? idem, et idem tertiū respondit. Illi itaq primas et secundas, et omnes dedit partes Summus Orator.

QVÆSTIO VI.

Quæ sunt considerandæ circa memoriam, vt hæc est accidens obiecti Rhetorici?

Dico 1. Memoriam ee firmam orationis perceptionem. Memoriæ bona constitutio pendet ex temperata humiditate, et siccitate: Illa enim ad imagines recipiendas, hæc ad easdem retinendas confert. Frigiditas maximè nocet. Vt merito Paulus Egineta dixerit, frigiditatis filia est oblivio. Ex his intelligi potest, cur infantes et senes parum memoria valeant; illi ob nimiam humiditatem, hi ob siccitatem.

Memoria est veluti hominis ærarium, in quo omnia diuina et humana, cælestia et terrestria, omnes denique rerum naturæ asseruantur: Quasi cælum unde hominis emanat lux, quasi primum mobile a quo cætera omnia mouentur: quasi Oceanus quidam, ex quo omnia implentur flumina, quasi munitissima arx, et quidam Troianus equus, vnde armati milites ad expugnandos et victos trahendos hostium animos erumpunt, et denique quasi Bibliotheca, et opum sapientiæ thesaurus. Illa est oculus occipitis, quo veluti Janus intelligentiæ et memoriæ facultate, videt quilibet. Illa secundum Plutarchum, cella penaria disciplinarum, Illa Musarum omnium parens, vt fertur apud Cæsinum, lib. 3. de admirandis eloquentiæ, cum Musæ a Ioue in hanc lucem essent editæ, inuentæ illis fuit nutrix Mnemosine, quam nos memoriam appellamus. Est enim tanquam horreum mentis memoria, in quam optimarum artium fruges reconduntur, et suo tempore exportantur.

Dico. 2. Tria ee quæ iuuant memoriam, locum, imaginem, ordinem. De his hoc loco nihil loquendum: alibi memoriæ inuestigaturi hanc memoriæ palatia. Hæc enim est tabula, in qua rerum omnium imagines pinguntur, hæc gemma, in qua sculptæ sunt literæ, quæ in ceram defiguntur, hæc clarissima lux, quæ dicentem præit, nec in dicendo labi sinit, hæc denique est eruditionis pars hæc ingenii signum, et insigne diuinitatis argumentum. Quis est! qui enim

vim non admiretur! per quam Crassus 5 Graeci sermonis differentias sic tenuit, vt cum Asiæ praesset, qua quisq; apud eum lingua postulasset, eadem sibi ius redditum foret. Seneca duo millia nominum quo ordine dicta erant recitauit. Cyrus in numerosissimo exercitu, omnium militum nomina tenuit. Mithridates duarum et viginti gentium linguis iura dixit: Et denig Cyndas Pyrrhi Legatus, nouus in vrbe Roma, totam Romanam plebem postero die nominatim salutauit. Illud creditu difficillimum, (nisi Muretus oculatus testis accessisset) de quodam iuuene, qui artis beneficio ad eam memoriæ felicitatem euasit, vt viginta sex millia nomina Hebræa, Latina, barbara, Hiulca, Stridentia sine vllo ordine, sine vllo nexu recitata quam primum redderet, nunc a primo ad vltimum, nunc ab vltimo adprimum, nunc a medio ad extremum, nunc veluti assultim a primo ad tertium, a 3. ad 5. et sic deinceps rursum prorsum discurrendo. DICO 3. Iuuari memoriam exercitatione et sobrietate, seu temperantia. Nocet vero illi negligentia, libido, et ebrietas. Medicamenta, quæ solent prodesse memoriæ, ad Medicos refero. Memoriam firmat frequens rei perceptæ recordatio. Ex sensu enim ait Aristoteles 1mo Metaphysicorū. Nascitur memoria, ex memoria sæpius repetita, experientia, ex frequenti experientia, ars et scientia. Cum (vt Seneca ait) memoria nihil perdat, nisi quæ non sæpe respicit. Sed Hæc breuiter sumpta de memoria sunto.

PRIMÆ PARTIS

SECTIO V.

De triplici materia obiecti Rhetorici.

seu de genere

Seu

De genere Demonstratiuo, Deliberatiuo, et Judiciali.

Certum est tres tantum esse species materiales obiecti Rhetorici: seu tria genera materiarum, supra quæ forma inducitur Rhetorica, videlicet eloquentia. Aut enim laudamus et vituperamus, et hoc est ex genere Demonstratiuo. aut suademus et dissuademus: et hoc producitur ex genere Deliberatiuo. aut denique defendimus et accusamus: et hoc spectat ad genus familiamq; generis Judicialis. Hæc igitur genera tria, sunt quædam magnifica palatia, in quibus augustissima eloquentia moratur, adeo, vt in primo palatio eam semper triumphantem, et splendidã: In altero sub consularibus fascibus Senatorem quiescentem; In tertio, Sanctissimũ et Seuerissimum Judicem admireris, et adores. Itaq; primum palatium eloquentiæ nostræ ingrediamur, in cuius limine sit

QVÆSTIO I.

Quid sit, et quæ Inuentio, seu materia et forma, et status obiecti Rhetorici in genere Demonstratiuo.

Dico 1. Genus Demonstratiuum variis appellari nominibus. Dicitur Epidicticon, id est, ostentatiuum, quod ad ingenii ostentationem comparatum ẽe videatur. Panegyricon, quod significat omnium conuentum, seu congregationem. Græci enim in conuentibus, quos aliquoties per annum celebrabant, orationes in laudem insignium virorum faciebant. Dicitur encomiasticon, id est laudatiuum. vltimo Demonstratiuum appellatur, quod in eo alicuius rei vis, magnitudo, præstantia, vel vituperium demonstretur.

Dico 2. Materiam et obiectum generis Demonstratiui, esse laudem et vitu-

penium

perium. Genus enim Demonstratiuum est, in quo rerum laus vel vituperium continetur. Statum generis Demonstratiui probo esse statum definitionis, cum enim definitio habeat id, vt quod quid sit explicet, et genus Demonstratiuum semper exaggeret et adornet aliquem titulum, seu aliquod elogium, tum sequitur quod in nullo alio magis, praterquam in statu definitionis quiescat.

Dico 3. Genus Demonstratiuum, debere esse fluctum magis quam argumentosum, et maxime generosis viuere sensibus, lectissimis verbis, et figurarum exornationibus collustrari, vt in magnam sui speciem consurgat.

Dico 4. In genere Demonstratiuo vniuersaliter eas obseruabis leges. Circumstantias considerando temporis, loci, rei, persona. Quoad tempus, vel partem anni, vel partis mensem, vel mensis hebdomadam, vel hebdomada diem, vel diei horam obseruabis. ad tempus spectabit totum calum, sol, animalia et signa solis, eius oriens et occasus, eclipsis, et alia totius cœli spectacula.

Ad locum referes, partes orbis, partium Prouincias, Prouinciarum vrbes, ciuitates, earumq; insignia, situs et amplitudines, rerum opulentias.

Rei capita erunt vel facta humana, vel casus, vel res muta, et inanimata, vel animata vt bellua, vel arces, montes, fluuii &c.

Persona laudes erunt, ab illius educatione parentibus, familia, insigni genitibo, studiis, præceptoribus, dignitatibus in rep: oblatis, meritis erga patriam, vt munificentia, legationibus, expeditionibus bellicis, consilio &c.

Laudum accedent puncta, a bonis corporis, bonis animi, ipsa denique virtute.

QVÆSTIO II.

Quid sit, et qua Inuentio, seu materia: elocutio seu forma obiecti Rhetorici, in genere Deliberatiuo?

Dico 1. Deliberatiuum genus, quæ esse consultatiuum, quod in eo de re facienda vel non facienda consultetur. Est autem Oratio, quæ ex rationum momentis sententiam ferre possit pro hac vel illa parte.

Dico 2. Materiam generis Deliberatiui proximam, esse Orationem probabilem: Remotam vero omnes res contingentes. Finis illius est Suadere aut dissuadere, et sic proximus: remotus vero, honestum et turpe, vtile aut necessarium, difficile aut possibile.

Verum vt propositum suadendi finem facilius consequatur Orator, antequam ad dicendum veniet, diligenter scrutabitur mores et ingenia Auditorũ.

Dico 3. Honestum esse habitum animi virtuosum, laudabiles eor efficientem in quibus est. Vtilitatis eunt duæ partes, incolumitas videlicet, et felicitas. Sub incolumitate continebuntur, facilitas, difficultas, securitas periculum. Sub felicitate nobilitas, gloria, amicitia, pulchritudo, robur, et alia bona.

Ad Deliberationem spectant religionis cultus, disciplina morum, leges consilia, euentus, exempla, consuetudines &c.

Materiæ Deliberatiui generis sunt, comitia, legationes, exortationes, consolationes.

QVÆSTIO III.

Quid sit, & quæ Inuentio, seu materia: elocutio, seu forma obiecti Rhetorici, in genere Iudicialis.

Dico 1. Genus Iudiciale esse id, quod Iudicio constitutum suã rationem habet.

Dico 2. Generis Iudicialis statum esse coniecturalem præcipuè, cui subseruiunt status definitionis, et qualitatis.

Dico 3. Huius generis materiam esse proximam accusationem videlicet et defensionem, remotam omnes excessus, contentiones &c. Finis illius erit ille in quo, quid sit æquum spectari solet. Ex fine sequitur præmium aut pœna: quorum duorum causa efficientes eunt, actor seu defensor, vel alter patronus, tùm accusator et iudex, subiectiua reus, formalis causa. Huc spectant scientia iuris, coniectura, leges, decreta,

testes,

testes, tabulæ, torturæ, iuramenta, quorum competens seu iurisdictio, Apologiæ, inuectiuæ, obiurgationes, deprecationes, expostulationes, et exprobrationes.

PARTIS PRIMÆ

SECTIO VI.

Sectio 6. de Historia.

De Speciebus obiecti Rhetorici, et primo de Historia

Ante Saturni in Italiam aduentum, nullam Historia dignitatem habuit. Sed postquam is rudem populum in vnum collegit, Historia quasi vocalis reddita est. Ea propter Romæ olim in fastigio Saturni ædis tritones cum buccinis superpositi fuêre, caudis tritonum fumi mersis et absconditis: eo indicio, quod ante Saturnum omnia occulta, post illum omnia per observationem et Historiam, clarissima essent reddita.

QVÆSTIO VNICA.

Quid sit, et quæ requirat Historica Oratio.

Dico 1. Historiæ nomen deductum esse a Græco verbo, quod significat videre. Est autem Oratio exponens res gestas ac veras. Tempora Historiæ, aut res in Historia contentæ, non debent esse tantum præteriti temporis, sed possunt etiam esse præsentis viuente ipso Historico. Debet aut Historia esse fida et diligens rerum narratio ad docendum et delectandum instituta, quæ exemplis consiliorum et euentuum: dictorum et factorum alliciat ad sectanda omnia. Quare licet sit Historiæ munus docere; tamen ab Historia non est alienum delectare, imò necesse est, vt oratio seu Historiæ genitus orationis suauitate condiatur. Ne prius legendi fastidium nos capiat, quã legendi auiditas satietur. Quid Liuio suauius! quem merito (inquit D. Hieronymus)

lacteo eloquentiæ flumine manare, in cuius orationem quoties incidi, toties in florem nectaris, in medullam mellis, in attica bellaria mihi videor incidisse. Quid Xenophonte dulcius! ex cuius ore, vt inquit Tullius melle dulcior fluebat Oratio: adeo vt vel Xenophon Musarum ore, vel musa ore Xenophontis loqui diceretur.

DICO 2. Diuidi Historiam in diuinam et naturalem. Illam in Historiam Veteris testamenti, et noui: Hanc in Historiam humanam, et rerum tam animatarum, quam inanimatarum narrationem. Eius generis secundi, quoad descriptionem orbis sunt, Plato, Aristoteles, Plinius, Ptolomeus, Strabo, Solinus, Pomponius, et alii Geographi. Hipocrates, et Galenus cæteriq medici hominis Historiam texunt, sed tantummodo quatenus viuere possit incolumis. Animarum terrestrium et aquatilium scripsere Historias, Gesnerus Hæreticus, Vlysses Aldrouandrus, Aristoteles, Oppianus. De plantis, gemmis, et fossilibus, partim iidem, partim Theophrastus, Dioscorides, Ælianus. Huc referuntur qui regiones et situs ciuitatum describunt, vt Meander, Petrus Merula &c. Hos omnes in se magno labore continere videtur, Joannes Eusebius Neremb̃ergius historicus rerum naturalium, nostro sæculo è Societ: Iesv Plinii æmulus.

De diuisione Historiæ lege Antonium Posseuinum. lib. 16. Bibliothecæ. Sectione X. Quidam diuidunt Historiam in topicam, quæ locorum situs et positiones describit. Cronologicam quæ maxime temporis rationem habet, ad quam annales et fasti pertinent. Genealogicam, quæ origines nationum inuestigat. Pragmaticam, quæ mores gentium complectitur.

DICO 3. Hanc esse Historiæ diuisionem quoad materiam, Ratione tamen formæ seu styli multiplex esse potest. Nam alia est fusa, et continua copiosa, ac illustri oratione contexta, qualis est Liuiana, Curtiana, Salustiana, &c. Alia vero est succincta, qualis est Iustini, Flori, qui compendia conscripserunt.

DICO 4. Dispositionem Historicam a quibusdam per annos seruatam fuisse, vt Cæsare Baronio, Sabellico &c. a quibusdam per distinctionem Principum, vt Plutarcho, Cromero &c. Alii scribunt per capita factorum dictorumue, vt

Valerius Maximus, Fulgosus, Eborensis, Theatrum mundi (quod legi non debet nisi castigatum iuxta præscriptum Sacri Concilii tridentini) Theatro mundi, Tuanum adiungo iussè a Politicis, propter quædam inserta mendacia abiiciendum.

DICO 5°. Scripturo Historiam observandum esse primo, vt materia in partes distribuatur, et vnum quodq; eorum quod scribitur, suis locis collocetur. 2. vt Historicus definiat, obseruetq; vnde sit inchoandum, et vbi desinendum. 3. Videat quid sit inserendum Historiæ, quid omittendum, quid vberius tractandum, quid breuiter percurrendum. Hic nota ex Cic: et Lipsio, Interponendum esse aliquando Historici iudicium, quid nam ipse probet, et quid improbet. Caute tamen et quasi aliud agendo ne fauoris vel odii suspicionem incurrat. Hæc enim res veritati Historiæ maximè officit. Quamuis autem Iouianus Pontanus, ab Historico induendam esse iudicis personam censeat, quod a Tacito in annalibus factum est, tamen id passim fieri, crimen est. 4. In Historico debet esse animus lenis et mansuetus, qui bonis collætetur, malis indoleat. 5. Transitiones et interualla suis locis adhibebit, eo maxime tempore, quo diuersum aliquid Historiæ inserendum erit. 6. Adhibeantur ea quæ maxime et delectant in Historia, et eandem illustrant, et ad dignitatem illius conferunt: qualia sunt illa quæ locorum, originum, antiquitatum, incrementorum, morum, legum, dignitatum &c. dant deductiones. Quibus accedunt suspensiones consiliorum, stratagemmata, euentuum expectationes, inopinatæ commutationes, motus animorum, insidiæ insignia virtutum, pœna vitiorum.

DICO 6°. Non malam esse methodum scribendæ Historiæ, Imò. Si Origines, antiquitates et incrementa Regni describantur. 2. Latitudo et longitudo Geographica. 3. Terræ et aeris attemperatio, terræ qualitas, vbertas, aut sterilitas. 4. Terræ metalla mineralia, illius montes, sylvæ, campi, agri, horti, apiaria &c. 5. Fluuii, stagna, 6. vrbes, ciuitates, oppida, munitiones et arces, 7. Populi mores, institutiones, et studia ætatum, eorum virtutes, in consilio et bello. Quæ tamen negotiationes, emporia &c. nationum confluxus et consuetudo. 10. Doctrina et diuinæ. 11. Dignitates. 12. Legum obseruatio. 13. Prin-

cipes et Reges, eorumq. præclare gesta.

DICO 7. Virtutes Historiæ esse claritatem, breuitatem, et veritatem. De claritate quæ dici possunt non occurrunt, eo quod satis iam de ea commemoratum sit, ac vt soli fax non est præferenda: Ita et claritati nihil luminis adferendum est, cum quid sit, ex ipso nomine suo prodat se. De breuitate diximus iam, vbi de narratione egimus.

De Veritate dicendum restat. An quantum accedit Historiis elocutionis, splendoris, tantum candoris illis decedat. Respondeo, nimium elaborato dicendi genere vel potius affectato, occultari veritatem, non vero medico ac decenti ornatu. Quod vero dici possit an fabulæ quæ interseruntur Historiis noceant veritati Historiarum, non respondeo. quod non cum debeant Historiæ suam etiam in re falsa integritatem seruare. Multa enim conscripserunt Ethnici de diis falsis, de prodigiis. vt cum Liuius narrat bouem locutam esse &c. Cineres in loco ventis peruio semper immotos fuisse &c. quæ omnia et similia, siue extiterint siue non, quia tamen eorum fama est, non præiudicant veritati Historiæ. Liuiana Historia ab vrbe condita, vsq. ad captam a Gallis Romam, inde vsq. ad nonagesimã octauã Olympiadem, videtur ita esse vera, quin de illa dubitari possit. Gesta enim illorum temporum interiere, partim incendiis, partim iniuria temporum. Nam et Liuius ipse fatetur, ne linteos quidem se habuisse annales, in quibus præter nomina magistratuum aliquid contineretur. Et si ab aliquibus citentur, non omnino iis credendum esse. præsertim quales M. Licinius, et Turbo afferebant. Flauius Vopiscus, Liuium, Salustium, Tacitum, Probum seu Justinum, in aliquo dicit esse mentitos: et conciones quidem, quas Historici referunt, ex eorum ingenio, non ex veritate videntur pendere. Tum a Salustio, vt Ciceronis inimico, non pauca quæ in laudem Ciceronis dicebantur suppressa esse, licet suspicari.

Mendaciis Historicorum attexo ex Luciani libro de scribenda Historia. Ac primum quidem illud inquit tantum peccent (Historici) consideremus. Nam plerique ipsorum neglecto eo, vt rem ipsam perinde vt gesta est exponant

in eo laudibus

in eo laudibus Imperatorum, et Ducum immorantur, suos quidem in cælum extollentes, contra autem, hostes ultra modum deprimentes, ignari videlicet, quod non angusto aliquo Istmo diuisa et interscpta sint, Historia et encomium, sed magno quodam muro per medium eunte, distincta, et Musicorum illud his per omnes toras quod dici solet inter se distant. Siquidem ille, qui encomium scribit, hoc vnum spectat, vt quibuscunq modis possit eum, quem laudandum suscepit, extollat atq oblectet: etiamsi per mendacium fortè id consequatur, quo tendit, parum id curat.]

Et post pauca. Magnum igitur hoc inquit, imo magis plus quam magnũ fuerit, si quis nesciat ea quæ Historiæ propria sunt, ab iis quæ sunt Poetices separare. Sed introducit in Historiam alterius ornamenta et fucum, fabulas videlicet et laudes, et eos qui in eis rebus veritatis excessus fiunt: non secus ac si quis Athletæ alicui istorum validorum et vehementer robustorum purpuram induat, ac cæteris ornamentis meretricijs eum exornet, præterea et fuco et cerussa faciem eius oblinat.]

Hæc ille. cui subscribo vt moneam eos qui laudantur ne permittant sibi meretricio colore faciem pollui, imo præstent id, quod aliquando Magnus Alexander. apud quem Aristobulo accidit, qui singulare certamen Alexandri, et Pori conscripsit: eo enim ipso legente hunc potissimum locum, quo pugnam hanc descripserat (putabat enim se maximam apud Regem gratiam hoc facto initurum esse, assignatis illi falso rebus quibusdam præclare gestis, et effictis operibus veritatem excedentibus) Alexander accepto libro, proiecit in aquam præcipitem: et te inquiens eodem modo decebat Aristobule præcipitari, qui talia pro me singulari certamine (pugnanti) et elephantos sagitta interfecisti. Tandem concludo, contra eius generis Historicos, vt dixi mendaces, verborum venditores, auræ et ventorum venatores. Arbitrantur medius fabituram sibi esse faciem, si pictor ipsis et plurimum ruborem illinat, et multum candoris intermisceat pigmento. Insaniunt, si parum dixi, panegyristæ delirant, digni quibus non crura tantum, sed et manus cruci suffigantur, et pro causa mortis, tituli capitibus affixorum, ii superponantur, quos

mendaci calamo in facie librorum descripserunt. Vtinam Hodiernus orbis oderit tales. Hi enim persimiles esse videntur tragœdis, qui altero quidem pede calceamento alto et grandi incedant, alterum autē sandalio subligatum habeant.

Itaq; Historici opus vnum est, vt quæq; perinde ac facta sunt exponant, ac siue priuatim oderint quosdam, multo magis necessarium putabit esse id quod publicum est, veritatemq; pluris faciet, quam inimicitiam: Siue etiam amauerit, tamen non parcet illi quisquis peccauerit. Vnum enim proprium est Historiæ soli immolare veritati, nec præsentium auditorū, vel lectorum meminisse, quod adulatorum est: sed posterorum, qui in scriptis legendis versabuntur, respectum habere. Alexandri in hac re dictum refertur. Libenter inquit, in vitam paulisper redirem (o Diogenes) post mortem vt cognoscerem, quo pacto hæc legerent homines, qui tum erunt. Nam si nunc ea laudant et amplectuntur, mirum non est: putant enim non parum illectamento, videlicet isto quicq; sibi benevolentiam apud me conciliaturos esse.

Prima ergo inquit Cic: lex Historiæ est, ne quid falsi dicere audeat, deinde, ne quid veri dicere non audeat.

DICO 8. Inuestigaturus copiosius Historiæ præcepta legat Lucianū de Historia scribenda, Dionisium Halicarnasseum, Iouiani Pontani Actium. Franciscū Robortellū de arte Historica. Francisci Patritii Dialogos de Hist:. Franciscū Balduinum. Lambinū in Æmilii Probi vitas, Lipsium, et alios.

DICO 9. Vt lectio Historiarū vtilior sit, sic instituenda ab eruditis præcipitur, vt ꝛ. legantur breuiores Historiæ, qualis est Belarmini pronologia, Flori, Herburti, et aliorum qui compendiose scripsere. Hac enim rāone lector facilius et vtilius in lectione vniuersalis Historiæ versabitur.

Quis deniq; lectioni Historiæ non se totum traderet, cuius beneficiō potest animi cogitationes in sæcula anteacta retroflectere diuersarum gentium ritus ac cerēmonias percipere, surgentium ac residentium Regnorum, vicissitudines agnoscere, Historia vna est, quæ ampla rerum spectacula, et iucunda antiquitatis theatra præbet intuenda. Sine hac, senes efficiuntur pueri. Recte enim Tullius, nescire inquit, quid antequam natus sis acciderit, est semper esse puerum. Historiam Demetrius Phalereus, Ptolomæo Regi semper legendam esse præcipiebat,

quod Historia

quod Historia Imperatorum animos admonere non erubescat. Constat ex Plutarcho Alexandrum magnum, quidquid otii nanciscì poterat, totum id Historiæ lectitandæ impendisse, Homeriq; Iliade, quam etiam dormiens pulcino subiiciebat, incredibiliter oblectatum. Lucius Lucullus cum esset Roma ad bellum Mithridaticum profectus, rei militaris omnino rudis, tantam inter navigandum gestis legendis operam posuit, vt cum in Asiam venisset maximi illius Regis confessione omnibus Imperatoribus anteferretur. Hinc est quod Apollinis oraculum quærenti Zenoni quo pacto ad virtutem euaderet: respondit, si mortui hominis colorem indueret: id est veterum Historias lectitaret.

Iuste ergo cum Sallustio in Iugurtha omnes glorientur Historici, quod maius commodum ex eorum otio, quam ex aliorum negotiis regna accipiant: Et quidem nisi studia scriptorum asererent, ab obliuione res præclare gestas Imperatorum, omnium simul cum vita recordatio excidisset. Vnde bene concludit pro Archia Tullius. Nisi Ilias extitisset idem tumulus, qui Archillis corpus contexerat, nomen quoq; obruisset.

PRIMÆ PARTIS SECTIO VII.

De oratione ad alium, seu de Epistolis.

Epistolam vocauimus Orationem ad alium absentem vel quasi absentem. Cæteræ enim Orationes, vel illæ ipsæ quæ continentur et mittuntur in literis, non sunt Orationes ad alium, sed aut pro alio, aut de alio, vel in alium. Quod si ea denominatio epistolæ dederit alicui occasionem cogitandi Orationes videlicet ad Deum fusas debere quoq; esse, vocariq; epistolas, eo quod sint Orationes ad alium. tum primo concedi non potest, illas posse vocari epistolas, eo quod ea sint ad absentem: Deus autem vbiq; sit. Secundo, non male vocabuntur Orationes fusæ ad Deum epistolarum nõe, quod epistola dicta sit a mittendo, et

Orationes nostræ ad Deum per Angelos, tanquam ministratorios Spiritus, et quodammodo peregrinationis istius tabellarios, seu epistolæ mittantur. Isti enim sunt (teste S. Scriptura) qui deferunt orationes SS: e quorū numero fuit ille Archangelus Raphael, qui Orationes Tobiæ se detulisse ad Deū protestatus est. Cui dum nostras commendamus, etiam laborem epistolæ nostræ consecramus.

QVÆSTIO I.

Quid sit Oratio ad alium, seu Epistola, quæ materia seu partes, et genera illius.

Dico 1. Epistolam a Græco ἐπιστέλλω, quod significat mitto dictum esse. Definitur autem Epistola per Orationem ad alium absentem, vel quasi absentem: ita tamen hæc definitio sumenda est, vt vis illius in absentia eius ad quem mittitur non constituatur, cum omnes libri demortuorum iustè vocari possent Orationes ad alium absentem. Verum robur istius definitionis totum consistit in Oratione ad alium, cum solius epistolæ sit esse ad alium. Quod manifestè dictum vt pateat

Dico 2. Partes epistolæ esse Inscriptionem seu titulum ad quem, et Subscriptionem, a quo. Ita Lipsius.

Hinc collige primo. Exordiū, Narrat: et Concl: &c. non esse partes Epistolæ, tum quia eas nemo ex doctissimis assignat pro Epistolis necessarias, tum quia nullas in Cic: sæculum deprehendit. Quod si tamen aliqui interpretes Ciceronis epistolarum eas assignent in Cic: ij non tam nodos in scirpo quærunt, quam vbi non sunt assignant. Tum denique cum epistola constet ex inscriptione et subscriptione, non potest in se vllum exordium, et alias formare partes.

Collige 2. Nulla Epistolarum esse genera, seu pro generibus causarum tam demonstratiuum, quam Deliberatiuum et Iudiciale genus, non potest assignari. Hoc enim diximus esse pro materia triplici Orationum pro alio, seu de alio, vel in alium habitarum, aut habendarum.

Dico 3. Fit

Dicto 3. Finem Epistola esse rem notam facere.

Hic subiicio literas Theodosii iunioris scriptas ad D. Chrysostomü mortuum: quæ statim atq; impositæ fuere, S. cadaueris pectori, cadauer, quod ante nulla vi poterat loco moueri, Victoribus suapte sponte, quasi morem gessit. Hac occasione tacere non possum professionem fidei in charta descriptam, et a mortuo Illmo Meletio Smotriski Archiepiscopo Polocensi, Episcopo vitæ Vcensi, et Mscistauiensi nunc porrectam, nunc acceptam ab Illstmo Archiepiscopo Vilnensi Velamino Rudzki. Hoc Spectaculum nouum Ostrogii Seculum nostrum ante aliquot annos vidit, cum in præsentia omnium, tum Romanæ, quam Græcæ religionis Spectatorum sanctæ memoriæ, Illstmus Smotriski, in Præsentia depositus. medio templo et concursu Dominum Illmo Rudzki chartam porrexit, eamq; denuo, seu vicius, manu dextra recepit, et constrinxit. Testimonium ex ea pro se aliquando in Valle Iozaphat, contra Schismaticos datum, et recitatum. Spectauit Deo dura cervice, sed aliquando frangenda contumax schisma, et ad rei veritatem immota in sua pertinacia obstupuit.

Apud Romanos vocabantur quædam literæ laureatæ, quæ lauro inuolutæ in signum Victoriæ, a Romanis Imperatoribus mittebantur ad Senatum. De eis Liuius lib: 5. Literæ inquit a Postumio laureatæ sequuntur victoriam populi Romani.

Literæ vero S. Taumaturni admirabiles sunt, quas Dæmoni eis verbis inscripsit. Gregorius Satanæ. Ingredere. Et ingressus denuo est Dæmon in locum vnde fuerat depulsus.

Vriæ literæ: abierunt in prouerbium de iis quæ ab illis in quos scriptæ sunt deportantur; sicut vrias ferebat literas Dauidis, quibus ipsemet iubebatur necari. Reg: 2. cap: 2.

Aliqui Doctæ Epistolam naturæ Matrem vocant, cuius filias literas dicunt, quæ tametsi mutæ, loquuntur tamen absentibus. Mirabantur anteacto Seculo Indi papyrum loquentem, vt ipsi putabant.

QVÆSTIO II.

Qui sint, et quot modi occulti mittendarum, et scribendarum Epistolarum.

Dico 1. Antiquos in aperienda sententia animi nec lingua nec calamo quandoq; vsos fuisse. Sic Tarquinius, vt apud Liuium decade 1. legimus. Nihil filio qui apud Gauios erat, et internuntio respondit, sed virga decussit summa papauerum capita, filius vero Parentis mentem assecutus, mox tma vrbis capita detruncauit. Idantura Rex Scytharum, extrema minatus Dario, qui Istrum traiecerat, murem, ranam, auem, iaculum, et aratrum ei dono misit. Hoc aliquis donum sic est interpretatus, Scythas ominari futurum, vt nisi Persa tanquam mures terram, tanquam ranæ aquam subirent, aut aiolarent tanquam aues in aera, nunquam Scytharum emitarent iacula, aut superstites tanquam serui agerentur, ad stiuam aratri. Boleslaus Crinosus Rex Poloniæ celebris q7 victoriis Palatino Cracouiensi, quod ex acie turpiter cessisset in pugna contra Russos ad Halicium habita, pellem lepusculi, collum et fusum, loco muneris submisit. Vnde inuasit ſñē tam vehemens confusio, vt suspendio rem sopierit.

Fabulatur antiquitas Cadmum primum literas a phœnicibus inuentas attulisse, et serpentis extincti dentes, in terram seminasse: exq; hoc semine subito extitisse duas galeis et hastis armatas acies, quæ se mutuis vulneribus. Figuræ quippe elementorum lanceas et galeas referunt. Si inspicias vero os serpentis, numeres et infernos et supernos dentes, (sic) reperies quot primum literas attulit Cadmus, nempe 16.

Literis alii vsi sunt ad perniciem aliorum, alii ad voluptatem. Sicut Antonius Getta, iubebat conuiuia sibi apparari a seruis per singulas literas.

Dico 2. Literas primo scriptas fuisse in palmarum foliis, deinde quorundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox priuata linteis cepta confici, aut ceris. Meminit Q. Curtius lib: 6. in India libros arborum teneros, non secus quam ceras literas, notas capere. Certum quoq; est, inustas fuisse cuti hominū literas. Sic apud Senonem

Cæsarē

Cæsarem inurebantur illi, qui custodes erant aquarum Regiæ urbis in manibus ~~fuerunt~~ stigmata ferendo.

In maleficii signum, inurebatur cuti litera T. Apud Romanos calumniatori fronti litera C. vel K. Recenset S. Joannes Apocalipsit cap: 13. quo tempore Antichristi, omnes pusilli et magni, diuites et pauperes, liberi et serui, habituri sint bestiæ characteres in dextera manu sua, aut in frontibus suis. Lege caput Ezechielis 9. de Angelis, qui in frontibus salvandorum inscribebant literæ.

Modus occultè scribendas literas.

I.

Ratione materiæ.

Viridi cortice introrsum excauato occuluntur ita literæ intra arbores, vt successu temporis cortex denuo cum reliqua arbore concrescat. Cartanus de variet: rer: lib 12. cap: 23.

Intra siccas tabellas aliquantulũ excauatas, et glutine denuo compactas secretissimè possunt abscondi literæ. Joan: a porta lib: 11. de notis, cap: 28.

Ouo perforato et rursum occluso a glutinatione cartæ glutine confecto ex albumine cui cerussa est cera.

In marmore fracto partibus iterum iunctis.

Pomo inscriptæ literæ ab Aconcio, vt Cydippen deciperet.

Pani incoxit codicillos arbitrariis notis scriptos Laurentius Medices Florentinæ reip: princeps, et per nobilem quendam mendici tecti habitu misit ad Regem Ferdinandum Neapolitanum, iisq eum de filii salute certũ faciebat.

Placentæ plumbeam epistolam inseruit Polycrete capta a Crognete, duce Erythræorum, misitq ad fratres suos.

Lepori inclusit epistolam Harpagus ad Regem Cyrrhum, qua eum excitauit ad oppugnandos Medos.

In calceo item ~~exarmi~~ e ramis arboris appenso Joannes Nouius a Lusitano Rege Calecutum missus literas inuenit Petri Atardei, admonentes Lusitanos omnes, vt Calecutanum portum declinarent ob Regis perfidiam. Osorius lib: 11.

Balte. abdidit transfuga quidam a campanis pro Romanorum castra, deiectabat ad Pœnos.

Cutis humana, quod pro Epistola esse possit, docet Ouidius.

Hoc tulleat custos pro charta conscia tergum
Præbeat, inq; suo corpore verba ferat.

Cerea candela inclusam epistolam miserunt ad Buciatium Camenecia urbis præfectum Tenecyrius et Dreuicius Poloni per puerulum cum hoc mandato, vt quando Camenecū puer veniſset, iuberet verbis suis Buciatium ex ea candela accipere lumen. Buciatius suspicatus quod erat dissecta candela epistolam inuenit, quæ magnam rebus eius lucem adferebat. Cromens lib: 20.

Tabellæ nouæ inscripsit literas Demaratus exul ad Spartiata: et mox eius iussu cæram induxit.

Canibus deglutienda cum aliquo quopiam literas obiiciunt quidā tempestate nostra. Ait a Porta lib: 2. cap: 23. vt ex eorum interfectorū visceribus postmodum nuntius exigatur.

Fricius Sueuiæ Rex, Angliæ Reginam literis baculo inclusis ambiuit, sed eas intercepit Dani Præfectus.

Potuit etiam ingenium humanum vt seminibus rerum, arborum, et florum inscriptiones accomodauerit, quæ deinde cum fructibus succrescant.

Lacedæmonii iuuenes duos ambos teretes ac pares aptabant, vt ex eis alterum Senatus alterum Imperator seruaret in expeditionibus bellicis. Quoties autem secretiora scribere opus foret, Senatus funiculum suum tegebat circum eum lorum complicando volumine rotundo, et simplici, ita vt ore adiuncto vndiq; et æquarentes lori quod complicabatur, coirent. Literas deinde in eo loro per iuncturarum oras, versibus a summo ad imum proficiscentibus conscribebant. Ut lorum literis ita perscriptis reuolutum ex iuuenculo Imperatori commenti illius consciō mittebant. Resolutio autem lori literas truncas ac mutilas reddebat, membra earum et apices in partes diuersissimas spargebat.

De fungo Plinius in Traiano. Fungus ingens ad Traianum allatus est, in quo scriptum erat latinis literis, Turros Sociosq; omnes a Traiano petere, vt pace facta domum reuerteretur

Ratione 2. tabellarii.

Conduxit mandi

Conducit mendici habitus, aut venatoris. Canum pellibus vestitos, canatimq; reptantes per noctem Iosephus Galilæus a Vespasiano in urbe Jotapata obsessus tabellarios cum literis misit per vigilum custodias, neq; ea res nisi sero observata est. Iosephus lib. 3. de bello Iud: cap: 8.

Catellam a Tingitano ciue in oppido Arcila relictam Menesius ad Præfectum Tingitanum alligatis inter pilos literis misit hoc astu: in littore catellam verberibus multis multauit, fecitq; vt ab se velocissime fugiens postridiè ante crepusculum staret cum literis ante portas Tingitanas. Ozonius lib 2.

Vtribus vero quibus insutæ erant epistolæ Lucullus gregarios milites impositi, qui marinorum monstrorum specie, velut portento quodam stationarios terrerent. Itaq; ad Cyzicenos ad Mithridate obsessos nuncium perferrent.

Per aerem epistolæ mittebantur, vt telis inscriptæ a Cleonimo Lacedæmonio Rege dum Trezenum obsideret hac sententia. venio vt ciuitatem in libertatem asserat. Telis alligatæ ab Artabazo. et Thymozeno a Cæsare cum scriberet a Cic: obsessum his verbis. Cæsar Ciceroni fiduciâ optat; expecta auxilium. Ita teste Niceta proditum est Geminiũ Romano exercitui a propriis militibus et ciuibus.

Auium volatu delatas esse literas, vt hirundinũ ministerio. de his Plinius lib: 10, cap: 24. ait.

Cornix apud Marrhem Ægypti Regem pro cursore fuit. Ælianus in Hist: animal: lib. 6. cap: 7. in hæc verba ait. Marrhæ Ægyptiorum Regis cornix fuit animal oppido mansuetum et cicur, ita vt epistolas quo ille vellet facile perferret, essetq; omniũ nuntiorũ multo celerrima. Eam itaq; pro huiusmodi officiis defunctam Marrhis et columna, et sepulchro honorauit.

Columbæ Plinio teste. lib. 10. cap: 37. Magnis in rebus fuere internuntiæ inquit ille. Quid vallum et vigil obsidio atq; etiam retia amne prætenta profuere Antonio per cælum euntes nuntio. Loquitur Plinius de Hirtio, qui ad Decium Brutum, Mutinæ ab Antonio obsessum literas per columbas mittebat, quas fame et tenebris confectas vicino manibus loco emittebat, vt facilius ad escam a Decio rerum conseio expositã adiolarent, atq; ita Decius literas

ei demeret. Columbam item cum literis Sultanus dum a Gallis Venetisq; obsideretur Ptolemais, eo misit, quibus significabat se triduj interuallo cum copijs adfuturum. Sed veneti columbam conspicati militari clamore ita eam deterruerunt, vt ex aere delaberetur, mox q; ei alligatis fictis epistolis Sultani nūe scriptis, qbus indicabat scilicet se obsessæ vrbi opem ferre non posse, miserunt Tolemaidem; qua desperato auxiliorum aduentu ante triduum se, suaq; Gosti dedidit in potestatem. Sabellicus lib. 6. cap. 6.

Columba etiam dum Godefredus Bullonius Jerozolymā obsideret a barbaris in vrbem cum epistolis missa, ab accipitre, super ipsa Bullonii castra deturbata est, literaq; sub eius alis reperta. Æmilius lib. 9.

Singularem modum tabellarii transmittendo feliciter inuentum, nuper in oppugnatione Smolenscij commemoro, vbi ex disiritis et vna parte collocatis nostroni castris, cum ad alia castra nostrorum via transeundi non esset, quod medium inter hæc moeſci interceſſiſſent, tandem virgultis vestitum tabellarium tanquam arborem miserunt, qui extra omne periculum miro artificio confecit iter, et literas detulit. Optimè profecto virgultis ornatæ literæ, aut potius laureatæ tuæ Serenissimæ ac Potentissimæ Vladislaæ euenunt: vt ex quæ ipsæ modum vincendi sibi creditum deferent, eum simul ex certa spe victoriæ, sub triumphali fronde collocarent.

3. Ratione inuisibilis literarum scriptiones.

Ad legendas literas nocte valet aqua distillatitia nitotularum, vel aqua salicis putrefacti. Cinere aspersæ literæ fiunt visibiles quæ scribuntur aceto, lacte, lacte succo tithymalli, quam lactariam, vel alii lactucam vocant: adipe, sapo, pinguedine, gummi. Vti eadem est lactis ficulnea, quo vtiq; inscriptis humeris mittebantur serui ad absentes amicos. Scripta succo malicitrii caparum, caraserum, cyclamini, aliusue cuiuspiam pomi acris, solo igne admoto legentur. Scripta gummi, sale, et calce, legi non possunt nisi papyrus in qua scriptum est, cremetur. Adipe circi lapis inscriptus, et in acetum aliquandiu mersus, notas tanquam sculptas antea occultas exhibebit.

Vt aqua linteum immergendo notæ appareant, soluatur in aqua alumen, et

hæc (ut)

Hac literas exarato, super album linteum literulas, sudariolum, et similia, nam ubi exsiccata fuerint, penitus euanescunt. ubi eas visibiles fieri velis aquis mergito, et linteum obscurari videbitur, nisi ubi alumen delineatum fuerit. unde litera adeo conspicua fiunt, ~~und~~ ut optime legi possint.

Vt pergameno literæ inscriptæ non videantur, pergamenum scriptum candelæ lumini aut igni admoueto, nam totum in se conuoluetur, crispaturq; vt pristini vestigii vix quidquam retineat, quod si quis aperient admouerit, prorsus nullius doli capax existimabitur, at cum legere illud quæsierit, quid in eo contineatur locis humidis exponat, vel leniter aquis irroret, et dilatabitur rugæ euanescent, inpressiq; characteres sine impedimento apparebunt.

4.

Ratione transpositionis literarum.

Primo vt sedem primæ literæ, q. litera occupet, et sic deinceps facta mutatione in hunc modum

A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r	s	t	v	~~x~~	~~y~~	~~z~~	x	y	z	a	b	c
d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r	s	t	v	~~x~~	~~y~~	~~z~~									

Quocirca si quis scribere vellet, iacta est alea, vtetur iis characteribus, pro


n, d, t, y, d, h est x, y, d, alea o, h, d.

2. Alio modo secundam literam pro prima variare potes.

Dico cum Petrasancta ex Caelii Rodigini lib. 9. cap. 23. de Pythagor. Speculo et sanguineis notis in eo impressis, quas in orbe lunæ a tergo alius legerit, nihil attinet dicere; quoniam a fabulis et a præstigiis abstinere calamum, et prosequi cœpta proposuimus.

Præter dictam transpositionem literarum, adduco alium modum clandestinæ scribendi cum Petrasancta, ex Trithemio Puteano. Schema duplex paretur, habeatq; intercisa in lineis spacia, nunc maiora, nunc minora, sed ex æquo tamen vt simillimum schema vtrumq; sit; et alterum is qui scripturus est retinebit, alterum amico abeunti tradet. Cum erit scribendum membranæ, aut papyræ schema superponetur, et vbi abscissa interualla papyrū ostendent, ibi scribentur ea, quæ legi ab amico debuerint. Spatia postmodum alia, schemate

sublato, suppleri verbis poterunt, qua sententiam diuersam alteri cuiuis Epistolam intercipienti ostendant. Ita si fuerit tot schema; tum ex ciuitate obsessor in hunc modum ad eos, a quibus liberationem spero, dissimulanter scribam.



Hobis hostis contemptui est ad ludibrium vsq; muros ipse verberat tenuiter: nos è contra illos fortissime tuemur. Etiamsi tu cum nouis copiis huc non veneris, omnes victores aut inuicti fuimus.

Vera tamen sententia epistolæ illa erit, quam alterum schema scripturæ superpositum, per abscissa spatia linearum, quasi per fenestras aperuerit: nempe.

Hostis est ad
muros tenuiter nos illos
tuemur, tetu si tu non
veneris, omnes victi sumus.

Lacædemoniorum furculis similem modum suggessit Puteanus. nempè vt supra baccillos duos littera omnes manente aut variante ordine disponantur iisdem omnino spatiis, tum alterum baccillum, retineat in ciuitate amicus, alteri efferat amicus alius qui ab eo digreditur. Si secreto scribere oporteat, sumatur album filum, et affinitio baccilli extendetur vsq ad primam literam ex qua Epistolam libuerit auspicari, tum modulo ibi facto, aut impressa tenui nota atramenti, sic rursus filum ducetur ad secundam literam, et is eo epistolam requiret legetq; vniuersam in baccillo suo.

Vulgaris modi literarum occultandarum illi sunt, vt v.g. cum tot lineæ transuersim ponuntur in qualibet consonante præcedente, aut subsequente, Quota quælibet vocalis est in ordine vocalium, vt Bonus ciuis. B≡ n≡ s. C≡≡≡ i. Vel cum qualibet nota numerus supprimitur eius ordinis in quo est littera alphabeti. vt.

A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	z
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

Valet etiam illud artificium, cum proximæ consonantes ponuntur pro vocalibus, et proximæ vocales pro consonantibus.

Modus occultandi literas per picturam duplex est, alterum cum literæ imaginum species in se continent. vt V.G. Si velis scribere, Alexander Magnus, A. formabis per contingentes se ipso culmine, altera tamen extremitate remotas hastas ℔. vel gladios duos curvis depingi tantum acúbus ipsis se contingentes. vt.  . Alter est cum pro quolibet verbo res pingitur ad quã significandam est impositum. vt  . Aliqui occultant literas Hebræo more scriptas, vel retrorsum inuersas ponendo.

Præter hos modos adfero modum ingeniosè excogitatum a Famiano Strada a Petrasancta descriptum, a Patre Athanasio Soc: JESV, Mathematico aliter plenum, et optime explicatum, lib. 2. de arte magnetis, parte 4ª magiæ nãlis Magneticæ, probl: 2. Vi magnetis occulti animi conceptus manifestari possunt duobus, qui in diuersis conclauibus morantur. Fiat inquit tabula, è quacunq; materia bene pollita, et in suam tenuitatem deducta. In hac tabula vtrinq; inscribes alphabetum literis, ordine vel promiscuè positis, aut etiam confusè, perinde est, aliquantulũ tamen ad confusionem vitandam a se inuicem distantibus hac cautela, vt literæ similes sibi ex vtrinq; parte tabulæ respondeant.

In centro autem vtrinq; sustentaculum indici tenendo destinatum pones. Porro hanc tabulam inter medio alicui parieti duo orbiculata distinguenti ita inseres, vt alterutra tabulæ facies vna cum suo alphabeto, in alterutro conclaui videri possit, ab amico vero amicus nequaquam. Hoc peracto ex chalybe parua in modum oboli fiat lamella; aut simile quidpiam è ferro confectum, quod sustentaculo suo ea industria vt lamina alphabetariæ insitatur impones. Si igitur amico in altero conclaui degenti quidpiam desideres manifestare, accipe validũ magnetem, quẽ si applicueris tabulæ, et loco laminæ ab altera parte in sustentaculo consistentis; sine mora lamella præsentiam magnetis sentiens, ei pertinacissimè adhærebit, et quemcunq; magnetis ductum, a citeriori tabulæ latere factum continuo sequetur. E. G. referam ipsi verbum Sor tale, ducam itaq; magnetem radendo planum tabulæ, usq; ad literam C. primæ dictionis literam, quam index lamella a citeriori parte mox sequetur, donec in eadem punctũ requiescat. Seorsim litera quam index notat scripta, hoc facto. ——



Magnetem dicto situ et applicatione promouebit in citeriori lamina parte supra literam A. et inde consequenter ab vlteriori parte magnetem sequetur in A, notam itaq; literam seorsim scribe iuxta primam literam inuentam C, et sic in cæteris literis et vocibus manifestandis procedes: vsq; dum totũ sensum tuum alteri indicaueris.

Præter supra pbatũ modum occultè et a longe secum colloquendi apponit alium idem Pr Athanasius Kircherius, in quo docet possibilem esse per vnam atq; alteram Leucam, vltrò citroq; institutionem colloquiũ per instrumentum magneticum. Seliges inquit ille in arce aliqua aut ad mœnia ciuitatis octo fenestras aut in manibus foramina tria, tum conspiratione facta cum amicis, foris quoq; in monte aut campo aliquo non impedito, solitario tamen, vt melius et securius præsertim obsidionis futura tempore agere possis. In loco igitur ad Steganologiam perficiendam, octo limites pones septempedali spatio ab inuicem dissitos eo ordine et loco, vt obuersi arci, aut mœnibus ex iis sine impedimento conspici possint. In limitibus autem istis alphabetum eo quo sequitur ordine pones.


Constitutio loci & limitum.



Alter autem qui arcem aut mœnia occupant octo suas fenestras consimili characteram schemate signabit. His ita rite constitutis, parentur duo circuli solidi seu orbes ex quauis materia, vnus pro domestico, alter pro campe-

stri Negoc

Ari Steganologo, in quibus lineas steganographicas eo quo sequitur modo in-
scribes. Interior cryptologus instrumentum siue orbem solidum, qui magnetico ver-
sorio prius instructus sit oportet, in fenestra prima diligenter vt loco dimo-
ueri non possit firmabit, eoq; hac ratione iuxta magnetem situato respiciet
per diopram regulæ centro affixæ in primum limitem (vel si spacium adeo
distitum foret, vt visum fugeret, a campestri steganologo ibi pannus ruber aut
vexillum, vel sub noctem fax ponatur) et iuxta hanc lineam visualem, lineam
tales in orbe ligneo, quæ repræsentauit lineam steganographicam. A.B.C, quas
litems limbo circuli seu orbis statim appones. Vt sic apparet. Hac signata
linea respice secundum limitem, et iuxta lineam visualem in instrumento ta-
les lineam D.E.F. non secus alias lineas steganographicas inscribes. Vt in
figura apparet. Campestris vero simili prorsus modo suum orbem loco quolibet
determinato positum, iuxta situm fenestrarum arcis delineauit. Constituto itaq;
tempore & loco si campestris domestico amico secretum quodpiam manifestare
desideret. v. g. Adest hostis. Constituta ex facto hora adsit tribus instructus
facibus, si noctu alloqui libeat; si interdiu vero, linteis albis aut vexil-
lis (vbi notandum, quod si in aliqua statione aut trunco appareat, vna face
instructus primam istius literam; si duabus 2ª si tribus deniq; tertiã re-
præsentari) His igitur diligenter obseruatis, accedet accepta face limitem
prima litera A signatum, quæ cum primum obtineat locum, vnica compa-
rebit face; Interior vero eminus videns facem regulam centro orbis affi-
xam in ipsam facem diriget, et statim apparebit in linea steganographica
litera prima a, illa quã significare vult externus; Iterum externus seu
steganologus literam d. 2ª videlicet in voce Adest indicaturus, accedet
limitem in quo continetur hæc litera quæ cum primum locum occupet, vna
face prodibit, quam domesticus directa in facem regula subito cognoscet.
ad tertiã vero literã E. indicandam, cum medium locum obtineat in limite,
accedat duabus facibus, quæ et domesticus directa ut car. subito regula instru-
menti innotescat. Vt v. g.



dep. hac ratione procedet, donec campestris Scriptologus, totum animi sui conceptum, steganographica methodo domestico insinuarit. Respondens si aliquid voluerit significare aut respondere, idem faciet. Hic modus et si aliquo modo operosus videatur, certissimus tamen est, et in praxim facile deduci potest, imo ait kirchnerius Eisce bellicis temporibus successu haud paenitendo in opus deductum esse.

Quoad ad denotationem literarum, Simile adfert petra Sancta videlicet per faces accensas, aut eas in modum literarum componendo; quod etiam scimus aliquot ante hodiernum annis in Societate anni secularis Societatis a iuuentute Academiæ vilnensis exhibitum fuisse. Vel certe easdem faces flexu vario et motu agitare. Vt V.G. una fax erecta sit A. depressa b, vibrata in dextram sit C. in lævam reflexa D. Binæ faces dabunt E F G H, ternæ vero, I L M. N, quaternæ, O P. Q R. quinæ S T V X. quinq; igitur faces in dextram motæ, duæ sublatæ, tres in sinistram flexæ, tres item elatæ, 5 depressæ, et rursus duæ sublatæ, dicerent Socii venite, pro qua re præstanda suadet in tabula hoc modo literas disponere,

A	E	I	O	S
B	F	L	P	T
C	G	M	Q	V
D	H	N	R	X

Scipio ad Num

Scipio ad Numantiam constitutis et diuisis castris praeceperat tribunis, si quā stationem inuasisset hostis, hoc interdiu rubro panno in hasta et noctu igne indicarent. Vaetius etiam ait usitatum id fuisse, vt quando erant separatæ legiones significatio fieret fumo per diem et per noctem flammis.

Sed redeo ad primam figuram, a kirchero porrectam similiter et ad secundā, ex quarum consideratione cum Petrasancta, et Cabeo dico impossibile esse modū manifestandi conceptus dictum a Famiano Strada, sed tamen non ex eo fundamento cui Cabeus et alii innixi sunt: Aliter enim Strada kircherius oppugnat cum dicit, vel enim hæc actio virtutis magneticæ esset Physica, vel quodammodo sympatica. Non prima, qa non est modus concipiendi in disrito loco. vt v.g. Ceuca vna aut altera moueri possit, cum magnes habeat determinatam virtutis suæ sphæram, ita vt non nisi vtra determinata distantia agere possit. In longiore vero spatio quo moueret modo nihil producendo in medio, cum actio in obstans (vt verius docetur) non detur nisi per medium. Modi præterea id omnino efficiendi, sunt fabulæ aniles, quarum operi auctoritatem ab Astrologicis adferunt nugis.


Quod vero attinet sympatiam inter duos indices magnete contactos; tum hoc simile est plebeis illis philosophastris, qui putant, quod si caro duorum amicorum conspirantium carni reciprocæ inseratur, futurum vt vel ad multa millia milliariorum distantes, occultos animi conceptus, sibi aperire possint. Sed differant cum huiusmodi anilibus deliramentis fabri ridiculæ historiæ, fingitur enim quendam in Italia nobilem fuisse, qui cum nescio quo casu amisso naso magnam præferret turpitudinem, omnibus modis de naso fictitio arte reficiendo laborabat: consultus itaq, quidam nasorum reficiendorum peritia iam dudum celebris chirurgus conuentione facta noui productionem nasi promittit: res in opus impigre deducitur ea qua sequitur ratione. Erat dicto nobili viro mancipium forte et robustum, cuius carnosior lacerti pars nasi effingendi deligitur materia, mox incisam brachii carnem admouet, ligatamq, in suis tantum medicamentis fouet, vsq dum brachium nasi loco accreuisse notat. quo facto, arreptis forficibus efformat nasum nunc superfluorum sectione, iam partiū asperiorum elimatione, modo leuigatione carnem in opus nasi restauraat, accedit

autem, vt quotiescunq; mancipium morbo quodam sibi familiari corriperetur, toties nasus iste patris sui mala sentiens, ingentes subiret alterationes, mortuo tandem mancipio, et nasus putrefactus in tabem abiit. Quis haec sanae mentis non rideat! et non eodem risu dignos indices attactos magnete iudicet! quando enim possibile est moueri posse aliquod ferrum extra sphaeram virtutis magneticae, vt video formam isti quandam vnam et communem materialem esse volunt similem illi, qua vna numero bruta vt v.g. leones, canes, boues, sp informat: at quo ista doctrina risu non excipitur, cum admirandum sit cur quando vnus canis fustibus excipitur, non ddeant, latrent; omnia totius orbi animantia aut rugiente vno leone, cur non omnes rugiant!. O capita et sensus, timendum certe est, ne horum qui tantum virtuti magnetis tribuunt, vbi ferreas manicas magnete tetigerint, aurum et argentum ex sacciis alicrũ extrahant.

Optimus modus et nouus consilia occultè exponendi erit si litera per puncta describantur. Primo debet ee charta occultis aut aliquando apparentibus lineis notata, quae lineae in latum longum et altum et profundum protensae efficient craticulas: ita tamen vt primum spatiũ craticularum seu prima spacia lineae vacua sint, nec vllo notentur puncto, in quibus spaciis, ille ad quem deferentur literae describet alphabetum, quamlibet singularem literam in propria fenestella, seu craticula ponendo. Typi vero spacia primae lineae cum fenestelis erunt, quot in alphabeto sunt literae, tandem secundum exigentiam literarum, puncta tantum notabit in fenestelis, quae suam respicient literarum fenestram. vltimo debet ordo verbi illius quod scribes considerari, vt cum aliquam litem volueris primam scribere, et occultare puncto illa sit prima, in linea itidem prima, quia prima est in verbo, ita vt in notatione punctorum non alphabetũ, quo ad prioritatẽ, aut posterioritatẽ sequaris, sed ordinem verborum: v.g. scribas alicui in obsidione, vel quacunq; necessitate occupato. Adsunt milites tunc illi chartã ad eum modum mittes notatam punctis, spatio pro alphabeto relicto. Quod ille ipse ad quem charta deueniet, notabit, et ex illo literas colliget per puncta. verba vero componet ex ordine punctorum vt quia in verbo (adsunt) litera prima est A, ideo sub litera A punctum

ñ (

V. G.



in prima linea notatum est. Et quia in verbo (Adsunt) litera z. est ꝛ, ideo sub litera D. punctum est notatum, quod demonstrat in verbo (adsunt) ꝺ. eē zꝛ. et sic eo ordine cum reliquis procedes. Aduerte tamen lineas quae transuersim ponuntur posse eē plures, quam sint literæ in alphabeto, siue lineas a latere a latus ductas posse, imo debere eē plurimas.

Hæc de occultis modis scribendi sufficiant, plures quibusdam amor ingenio. sus, quibusdam necessitas suggeret, et vexatio aliqua dabit intellectum, cum etiã subitis casibus non soleat deesse ingenium. Multa diximus de literis et conceptibus manifestandis sine literis, cuius rei exemplũ, ex Cromeri lib. 6. de Boleslao dictum recitauimus, et aliud habemus, apud Petramsanctã. Burchardus inquit, Montmorensius illustris veros, qui in acie steterat infracto animo dum capesserent fugam alii, quadam die a conflictu intrauit aulam Philippi primi Galliarũ Regis, Torquatus monili aureo quod Torquina capita ita componebant, vt ante pectus ex illis canis penderet. Mouit vero aulicorum ingenia nouum illud genus ornamenti: et fortasse iudicarunt aliqui circumferri ab ipso syluarum spolia, aut venaticũ tropæa. Regi tamen scisciitanti respondit, notari torque illo proceres, qui fuerant in prælio, cervorũ instar timidi, ac celeres ad fugam dum ipse manserat instar molossi ad custodiã Regis.

placuit virtus, et vt facti recordatio iret in annos consequentes, instituit Rex ordinem militarem canis ex capitibus ceruorum.

Olim etiam Cretensium lex aut consuetudo fuit vt magistratus iuberet adulteros lanea corolla tanquam molles ac mulierosos redimiri. Ælianus lib: 12 Var: Hist:

His admiscebo musicas notas. Quondam de constituendo rege Romanorum actum fuerat, sed frustra. Erat qui Cæsari tunc imperanti ita suadebat, vt regem diceret. id est. fa re, Fac Regem. Erat qui regnum peteret, et is prior accinebat. Hoc est, fa, mi, re. Fac me Regem. Cæsar ita excipiebat. id est, mi fa re. Ego solus. Rex.

DE NOTIS SINE FIGVRA.

vel.

De figura sine notis literarum, conceptu explicante.

Dico posse plenum conceptum stare et conijci ex lemmate solo, sine figura seu imagine. Sic Isabella Mantuæ Princeps scripsit pro se has notas, XXVII. Quasi diceret viginti sete. Hoc est, Vitti estis. Suos enim aduersarios ac æmulos superauerat. Sic olim hyroglificum silentii erat, in iis numeris, M. X. C. V. Quia ille dierum consus trigennii spatium comprehendit: Spatio autem eo circumacto, agebant infantem si nondum loqueretur, captum linguæ vsu haberi.

Fridericus tertius inauguratus Aquisgrani Imperator circa se lemmati loquinas literas vocales habet, nec satis videtur constare illarum interpretatio A. E. I. O. V. Cuius explicatio illa a Reusnero reiicitur. Austria extenditur in orbem vniuersum. Aliam probat. Aquila electa iuste omnia vincit. Quid si fuerit hæc sententia. Aquilæ est Imperium orbis vniuersi? Certe id fuisse tempori aptum, quia tunc ciuitas Constantinopolitana cessit in Turcarum potestatem, et fortasse ad solatium in ea ingenti iactura pertineant, quæ sunt adscripta ibidem ad Friderici nomen. id est, rerū irrecuperabilium summa felicitas est obliuio. Potest et hic sensus vocalibi subscribi. Aquila excellit inter omnes volucres. Rudolphi II. Hæc fuit in imperio Thessera. A. O. S. I T. multiplicem patitur sensum. vt. Auxilium domini sit iniquis terror vel Adiuuante deo superabo Imperatorem Turcarum.

Bernard

Bernardinus Stephonius è Soc: Jesv ait Petrasancta, proposuit aliquando in Satyris Menippeis hos characteres; quoniam si hæc tria nequam fuerint

M. M. M. M.

Mala merx musica mala
Mala merx Medicus malus
Mala merx mulier mala.

Musica sensum, medicus corpus, mulier animum pessundant ac deprauant. Quidam præsens his explicationibus, adiecerat propriam interpretationem, Mala inquit merx, mula mala. Memor vtriq; calcitrosæ Musæ, quæ impacto calce, crus aliquando ei debilitauerat. Dicimus arces omnes quantumuis munitas, vna externis his literis.

F. F. F.

Hoc est aut fortitudine, aut fame, aut fraude superari. Quidam etiã ingeniose, quoniam Brasilienses aut Indi ante Euangelii promulgationẽ iis ternis. F. L. R. in alphabeto suo carebant, interpretatus est hoc factum, ideo, quia dudum vixerant sine fide, sine lege, sine Rege.

Peloponesi inuenta fuit statua è marmore affabre elaborata, in cuius sinistra manu appensum fuit scutum cum his literis. R P. Manu tamen dextra videbatur instructa ad salutandum. Hanc Pelopponenses ad fores templi exerxerant, vt quisq; in ingressu consistens haberet occasionem sensum literarum explicandi: quem peregrini omnes sic interpretabatur. Recipimus te peregrinum. Anno vero præterito celebris Encomiastes Ecclesiasticus in concione et in augurationem Illstmi Episcopi Præmislensis Alexandri Trzebnicki, sic eas literas proposita sententia ex Euangelio. Quidquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis: Pater enim meus amat vos, sic inquam eas explicuit. Recipimus te Pastorem. Recipimus te Patrem.

Jam quomodo conceptus manifestari possint sine lemmate, ipsa figura aut re illos manifestando probabimus. Sphynx fuit in annulo Augusti, in annulo Mecænatis rhanna, nox in Tydei clypeo, Ieon iustitiæ in clypeo Polynicis, pugio et gladius in Cai Cæsaris libellis, qui continebant lectissima Senatorum nomina, vt

vt perimerentur ab immani eo lictore. Nam in principatu carnificem agebat, ideoq optauerat vt vnam ceruicem Romanus populus haberet. Marchio Bustinus perennē ignem inter ventorum flabra finxerat in Junonis ara, significans nulla inuictorum vi extingui posse ardorem fortitudinis ac lucē gloriā sua: quod symbolum transtulere alii ad æstum amoris.

Quod vero Petrasancta ait, figuram sine lemmate ee omnino obscuram, cuius dicti Solem pro exempli robore proposuit, dicendo quod nihil nisi per circumscriptam Epigrapsen clarescat, tum subiungit in summa etiam luce solis omnes sine lemmate aut sententia tenebras habere. Depinxit ille in tabula rasa, Solem tanquam rem difficillimam, imo vero dico feracem conceptuum materiam; si enim mundus tabula est, ergo Sol litera mundi, in qua dies diei eructat verbum: Vel si vniuersum Sol corpus est, Sol huius corporis oculus erit, atq quia Deus pulchritudinis suæ imaginē creauit Solem: nonne et ipse Deus, teste Sancto Augustino, Sol erit, et Deus totus oculus mundi.

Famianus Strada adiecit lemma Soli. Spectatur cum deficit, Vere enim Solem in sui defectione spectamus curiosius, quam cum pulcherrimus oritur.

Placuit Friderico III. Mantuæ Marchioni symbolum ex sole collectum cum hac sententia. Solus indeficiens. Hac iā imagine vim et vigorem animi in omni varietate fortunæ voluit testari.

Nec differt idem Sol cum altero lemmate. Vbiq Similis. Ad signum constantiæ inuicti animi, seu pax, seu bellum seu fortuna secunda, seu aduersa futura vbiq adsit.

RES

Conceptuum interpretationes seu significationes sunt.

Alexander Seuerus dum croceo et albo amictiebatur panno, spondebat se fore terrarum et vniuerso imperio beneficum, instar solis, et instar lunæ.

Famerlanes visus adesse in prætoriis candido coccineo et atro, vrbibus obsessis, nisi deditionem facerent, clementiam, cædem, vltimum excidiū afferebat.

Quemadmodū

Quemadmodum et Tydeus Herus ad Thebas ostendit in clypeo suo cælum cum luna et stellis, vt fatibus noctem et mortem minaretur.

Philosophi olim gestabant icones eorum qui principes sectarum fuerant, et quorum ptitebantur instituta. Hec vero eas icones in annulis tantum sed pendulas loco in=aurium tulerunt, vt essent in comperto, quibusnã aures per quas hauritur sapientia, consecrassent.

Dei brevitate scribendi testatur Solinus cap. 6. narrans, Iliadem totam notis scriptam adeo fuisse brevem, vt nucis vnius testilis geminis tota clauderetur.

Nota erant variæ multisq rebus imponebantur, vt militibus, seruis, maleficis, calumniatoribus, pecudibus. Diuus præterea Ambrosius lib. de virginit: refert iuuenem quendam, cum propter admirandam oris pulchritudinẽ in amorẽ homines vtriusq sexus incenderet, vultum exarasse inter stigmatibus, ne cuiquam placuisset.

Constantinus Imperator stigmata manibus aut cervicibus non vultibus aut fronti inuri voluit, ne facies quæ ad pulchritudinis cælestis similitudinem est creata, macularetur.

Epistolæ quædam ex Auctoribus, vt Cic: Seneca, Plinio, Petrarcha, Lipsio, Symmacho &c. in Oratore ciuili apponentur, nunc epistolam Illmi Joannis Zamoyski, Supremi Regni Cancellarii, et Ducis exercitui adduco. Ad quem Carolus Sudermaniæ Dux in eam modum insolenter dederat. Non est mihi inquit par, et si par esses, non armis te, sed fustẽ vnctum daremẽ. Responsio Illustrissimi Zamoyski. Quod latine non scripseris, puto te id facere aut quod ignoras eam linguam, aut quod ineptis: vtrumq non inuideo tibi (Germanicum duo) Polonis et Senatoribus non conuenit, inferiori tuorum Dominũ ordini illud relinquas. Audiebam te ẽnẽ cerebrosum et intemperantis vitæ et linguæ: sed vix aliquid tibi ingenii ex re perspexi. Non enim iudicio Regis ad me scripsisti, cum tamen è Regio genere sis, Sudermanica vt video prudentia est, non militari more, sed baiulorum certamen baculorum proponere. Nunquid desunt fustes in Polonia, et valentes lictores, qui palis maioribus etiam, quam baculis fustigant eos, qui se

perduellione fœdarunt. Sum par nobilibus, et iis omnibus ex quibus ipsi Reges sunt creati. Contentus sum libertate Polonæ nobilitatis: tibi sordet nobilitas. Patiâ a me turbatam quod scripseris, dico te mentiri; et quicquid in me contumelio. sum scripseris aut dixeris, prorsus te mentiri dico, dicamq et scribam. Hæc contra meam consuetudinem, honoris mei tuendi causa provocatus respondeo. Jam igitur desine nugator. Datum ex castris ad Morsam. 1602. die Aug: 16.

QVÆSTIO III.

Quæ sunt Inscriptiones Epistolicæ, quorumuis statuum

Dixi, Epistolæ partes ēē duas, Inscriptionem seu titulum, et subscriptionem. Ex quibus inscriptionum formas propono.

PONTIFICI ROMANO

Sanctissimo D. Dño nostro Urbano, Pontifici Romano.

CARDINALI.

Eminentissimo ac Rndissimo. DD. Leg. Mapsæo tituli S. Petri in monte aureo, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Barberino, Episcopo Spoletano, Signaturæ iustitiæ præfecto, protectori Scotiæ et legionis, Honoriæ et Florentiæ &c.

CARDINALIBO REGVM FILIIS.

Serenissimo Principi ac D.D. Joanni Alberto, tituli S. Mariæ Sacræ Romanæ Ecclesiæ Diacono, potentissimi Regis Poloniæ et Sueciæ filio, Episcopo Cracouiensi &c. PATRIARCHÆ IEROZOLIMITANO.

Idem titulus qui et Cardinalibus datur. Vt Eminentissimo ac Rndissimo. D. G. Scipioni Gonzagæ S. R. E. Cardinali, Patriarchæ Jerozolymitano.

ELECTORIBVS IMPERII SPIRITVALIS ARCHIEPISCOPO MOGVNTINENSI.

Illstmo et Rndissimo in Chrō D.D. D.G. Archiep: Moguntinens. Sacri Romani Imperii Electori per Germaniā Primati, et Archicancellario &c.

Archiep:

Archiepiscopo Colonienſi

Illſmo ac Rſmo in Cſro D.D. N.N. Archiepiscopo Colonienſi, Epiſcopo Leodienſi, Hildeſienſi et Triſienſi, S.R.I. Principi, Electori per Italiam, Archicancellario, vtriusq; Bauariæ.

Archiepiscopo Treuirenſi.

Illſmo ac Rndſmo in Cſro D.D. N.N. Archiepiscopo Treuirenſi, ac Sacri Romani Imperii Electori per Galliam &. Archicancellario &.

NVNTIO APOSTOLICO.

Eminentiſsimo et Rſmo D.D. Sanctacrucio SS. D. nostri Vrbani VIII. Legato a latere &. (vel Nuntio Apostolico ad Regni Poloniæ. Archiepiscopo Gnesnenſi et Leopolienſi Illſmo ac Rſmo Matthiæ Lubienski D.G. Archiepiscopo Gnesnenſi Legati nato, primato Regni Poloniæ, primoq; Principi &.

Leopolienſi idem titulus datur, excepto nato cum reliquis quæ sequuntur.

EPISCOPO CRACOVIENSI.

Illmo ac Rſmo D.D. N.N. D.G. Epiſcopo Cracouienſi, Duci Seueriæ Cancellario Almæ Academiæ Crac: Additur. Cuiatiensi &

Si ex Regibus sit. Serenissimo et Rndſmo scribitur. Si Cancellarius sit interscribitur Supremo Cancellario.

SVFFRAGANEO

Rndſsimo D.D. Lucæ Kalinski Suffraganeo et Canonico Leopolienſi, Epiſcopo Nicopolitano,

Prælatis

Illſtri. et admdm Rndo D.D. Officiali, Præpoſito, Scholaſtico, Sremenſi &.

ACADEMIÆ.

Excellentiſsimis ac Rndſsimis D.D. Vtr Rectori, ac Profeſsoribus almæ Acad. Crac: et toti Vniuerſitati &.

IMPERATORI

Potentiſsimo ac Inuictiſsmo Ferdinando III. Semper Augusto Imperatori Romanorum, Germa-

Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Sclauoniæ, Regi, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Styriæ, Carynthiæ.

REGI HISPANIARVM.

Potentissimo et Catholicissimo Philippo III D. G. Hispaniarum, Castiliæ, Legionis, Neapolis, Siciliæ, Maiorcæ, Minorcæ, Sardiniæ, et Insularum, et continentis Indiæ Oceanum maris Regi, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Laxemburgi, Mediolani, comiti Haspurgensi, Flandriæ, Pareſiæ &c. Dño Frisiæ Salinarum &c. magno Dño Asiæ atq; Africæ.

REGI POLONIÆ.

Serenissimo ac Inuictissimo Vladislao IV. D. G. Regi Poloniæ, magno Duci Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, &c. nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorum hæreditario Regi &c. Seuerensis, Smolenscensis, Czerniechouiensis Ducatuum administratori &c.

REGI GALLIÆ.

Potentissimo ac Christianissimo Ludouico XXIII. D. G. Galliarum, et Nauarræ Regi &c.

TVRCARVM IMPERATORI.

Habes titulum eum, quem ipse cum iniret fœdus cum Joannie Vngariæ Rege proposuit. S.G. Sultano Amurat Constantinopolitano magno Imperatori, Dominatori magni maris, et inferioris Europæ, Syriæ, Arabiæ, et Galileæ, Judeæ, Ægypti, Æthiopiæ, Alexandriæ &c.

REGI INDIÆ

Titulo Serenissimi insigniuntur Belgarum Duces, et Septem Electores S.R.I. vt Archiepiscopus Moguntinus, Archiep: Coloniensis, Archiep: Treuerensis, Palatinus Reni, Supremus Dapifer, Dux Saxoniæ, Supremus Marschalcus, Marchio Brandeburgensis, Supremus Cubicularius &c.

REGNI SENATORIBVS.

Illmo ac Magnifico D.D. Stanislao v.G. a Koniecpole Koniecpolski Castellano Cracc, Supremo exercituũ Duci Buscensi, Barensi &c.

Palatino

Palatino

Illustrissio ac Magnifico D.D. Stanislao comiti in Wisnicz Lubomirski, Palatino Cracouiensi &.

Duci.

Illmo Principi D.D. Jeremiæ Michaeli Chrybud Duci in Wisnioviec.
Qui Dux proxime ex Regibus fuerit, inscribitur illi Serenissimo Principi.

Capitaneo.

Perillustri et Magnifico D.D. N. Capitaneo &.

Senatoris filio.

Perillustri et Magnifico D.D. Palatinidæ, [vel] Posnaniensi.

Officialibus.

Generoso ac Mag: D.Dño Vexillifero terræ (istius vel illius) Dño et amico obseruantissimo. In titulos officialium, multa abusus et adulatio intulit, cum sine pudore perillustres inscribuntur ii nobiles, qui nec Senatores sunt, nec ex Senatoribus orti, neq; inter officiales maiores numerantur.

VRBIBVS & CIVITATIBVS

Si Regiæ sint vrbes, scribitur Amplissimis, Nobilissimis D.Dnis Proconsulib. Consulibq, totiq magistratui Regalis vel Ducalis ciuitatis.
Ex Cancellaria Regis tam vrbibus quam ciuitatibus dictis inscribitur, Spectabilibus et famatis.

Ciui.

Inclito ac famato Viro D.D. N.N. &. | Aduerte si ciuis sit ex Magistratu Crac: Posn: Leopolien:, vt sic formes titulū, Memu mielce Mistrzu Panu y przyiacielowi raicy Poznanskiemu &.

Medicinæ Doctori.

Excellenti ac Mag: D.D. N. Medicinæ Doctori, amico plurimū obseruantissimo.

QVÆSTIO IV.

QVIS FINIS SIGILLI SIT IN EPISTOLIS.

Dico 1. Sigillū quasi Signum natum esse ex Sigillaribus. Sigillaria enim Vicus Romæ celebris fuit, vbi Signa exquisitæ artis ex ære, argentoq; fabrefacta venalia exponebantur. vnde dies Sigillariorum Saturnalibus adiectos legimus, quibus imagunculæ, et Simulacra venalia in Sigillaribus ponebantur, quæ pro suis capitibus, in Sacellum Ditis Romani deferebant.

Hæc Simulacra et imagunculæ nostris Sigillis initium dederunt, quæ non tam pro capitibus, quam pro fidelitate nostra tuenda adhibemus. Sigillum ergo a Signo diminutivum est.

Dico 2. Finem Sigilli ēe vt res creditas charta custodiant. Literæ enim obsignantur causa fidei et Secreti. Hinc Alexander magnus, admonerat Hephestionis ori Sigillum suum, postea quam is clam sublegerat Olympiadis Epistolā. admonendo: Silentio Regum arcana tegi debere.

Annulo Sigillaricio Varia notantur et insigniuntur, vt inter alia sibi similia discrimen habeant, eumq; cuius sint ostendant.

Pro expressione Sigilli adhibetur cera, vel aliud quidpiam aptum, ad retinendam Signi imaginem. Romani vtebantur cera Asiatica, vt Cic: in Orat: pro Flacc. Hæc inquit quæ a nobis est prolata laudatio, obsignata erat illa cera Asiatica. In terra Siradiensi Regni Poloniæ, inquit Alexander Guaguinus tomo 2. Pol: rerum) Nobiles id Regum priuilegiis concessum habent, cera rubea in obsignandis literis vti, cum id in illis Prouinciis, nemini nobilium solummodo magnatibus et in officio Regio Siue terrestri præfectis concedatur. Id vero inde promeruerunt, dum Prutheni cum Polonis acriter in acie confligerent, Zarcicenses a Prutenis crucigeribus superati, vexillum sui Palatinatus amiserunt, quibus Syradienses in auxilium venientes, vexillū ab hostibus recuperauerunt.

Sed dum Sigillo obsigno Sectionem, seu tractatum de Epistola, simul Oratoris Dialectici concludo partem. Die vt ita loqui liceat Sigillari SS. ac Individuæ Trinitatis, cuius lumen vultus supra nos est Signatum ℔.

A. M. D. G.

ORATIO
de diuinitate Eloquentiæ

Magna eloquentiæ facultas, et vis excelsa, humanum semel transgressa modum, ita supra corpus cæleste naturam suam extulit, vt inter ipsa sydera laudum suarum theatrum excitarit, immò terram cælo, quasi æterna obsidione vinxit, vt hoc termino et voces hominum eximiasq; mentes admiratione sui concluderet, et in ore ipsius omnium scientiarum maiestas, semper triumpharet. Nam qui humanas sapientiæ collegerit vires, vt se in ornamenta Eloquentiæ impendat, toto suo conatu quo in decernenda illi nominis et honoris immortalitate laborabit, infra sua vota iacebit; quia nec illius amplitudo desiderat remunerandi laudum vicem: nec nostra tenuis fortuna suggerit amplificandi facultatem. Humilium enim istud certamen est, inter se esse munificos Oratores. Illam ipsam sua laus ditat, et commendat, cui si aliquid ornamenti nostri adiicere conamur: sola nos ex copiæ amplitudine spolia, postquam magnificis sententiis, corpus orationis adornauerimus, consolantur; et tunc optime illius dignitatem iudicamur: cum in vsu ipsius laudis, aut incipimus tacere: aut nos assequi non posse illius sublimitatem fatemur. Ita enim cuiusvis Regis splendore, eloquentia Maiestate sua extinguit, vt nullam patiatur secum nisi ad obscuritatem illius inclarescere. Humana enim omnis res vmbratilis et caduca dum vix florere incipit, perit: et in ortu suo spectat ad finem, qualem si præsumere cum eloquentia conferre, vel me vel ad delinimenta vitiorum descendere cogitaretis: vel quod pars seruitutis est, ad eloquentiæ laudibus tanquam profanum arceretis. Diuinum illam vt argumentum ita et Oratorem laudis suæ postulat. Nam et hoc grande orbis ædificium, locus diuinus est, quia totius vniuersi familiam Romanus Orator, in somnio Scipionis luminis esse templum religiose probauit: in quo cælum vt præ-

staatissimũ ac pulcherrimum videtur Sacrarium, vnde globosas et diuinis animatas mentibus stellas, et duas accensas faces lunam cum sole aliaq; lumina moderator ipse luminum Deus, supra terrã globum non aliter quam supra aram, in perpetuam vigiliam suspendit: vt et omnes suo honori litantes, et plenum victimis orbem illustraret. Hus accedunt Philosophi, homines inquam Dei, qui momenta causarũ nãq; scisitanti arcanis celestibus noliles curas inferunt: Pars alia excelsior hominũ occurrit, quia Theologica quæ Augustissimas supraq; naturæ vires quasq; species intuetur, et in penetralibus ipsius diuinitatis conuersatur. Totum igitur vniuersum hoc templũ est, omnis tumus ara, hominũ exercitia, studia diuinitatis, omnia diuinitate plena sunt, adeo vt nec Oratori nisi diuinitatẽ liceat declamare. Itaq; diuinitatẽ seu virtutẽ eloquentiæ esse diuinam laudabo. De qua licet anteactis temporibus plurimi religiose satis disseruerint: tamen hoc vnum est, in quo me audacem bona fortuna iuuat, quia ab illis diuinitatem scio attentatã esse: quæ nec Oratorum copia exhauriri, nec mearum laudum magnitudine crescere potest. Fauete igitur et excusate si cum exiguis honorũ honoribus sacram eloquentiæ virtutem adiero, et maiestatem adorauero. ideo enim vnumquodq; magis diuinum apparet, quod animus noster immittens se in totam amplitudinem diuinitatis alicuius statim primo accessu in ipsa admiratione hæreat, et a paruis viribus suo conatu fractus succumbat, et constringatur. Fauete et tu sine originali nota Eloquentiæ Parens, VERBI LIBER & Orator, nosq; vt soles diuino vultu promoue, et hanc Eloquentiam post vnius lustri silentium efformatam excipe honoris tui argumentum.

Male de Eloquentia merentur, qui splendido illius nomine perstricti, eiusq; suauitate, quam vnam sibi proponunt deliniti, rem esse delicatam Oratoriam facultatem putant: quod illi faciunt, apud quos nihil virile, nihil stabile, nihil sacrum præter speciem in consueto videmus reperiri. Nomine tantum regii ornatus, ab eloquentia

conquisi-

conquisiti efferuntur, ac vt Simia pulchro sese illius amictu produnt, et deformant: cum quod ipsa efficiat non sentiunt, atq; sibi ee tunc beate intelligunt, cum Oratoriæ facultati blanditias attribuunt; ipsamqmet alii lectis argenteis poma aurea circumferentibus, aliqui vnguentis, nonnulli fortiori vino, quia cum Eoe suauius influit, et cum Ennio audacior ad arma prosilit, comparare non erubescunt. Eloquentia nostra fortium est labor. Illi si verum fateri volo, ipsius sapientiæ et heroicæ virtutis, immo superum sanguis, ac neruus omnium sensu ee decernitur. Per quam beatæ vitæ commoda quauis resp: consequitur: per quam absens etiam Auditor, et omne pernicax genus mouetur. Quæ nihil omittit consilii, ad ruinam animorum eluctandam, qua deniq; omnibus medetur malis vrgentibus, et futuris. Talem præterea oportuit esse facultatem, quam non hominum aliquis, sed ipsum Numen exoratum terris dedisset. An fas erat inter facultatem nihil differre, quam Enēs et quam Deus ipse fecisset! Cuius quidem in eloquentiam fauor et propensio, tunc statim cum cælum terramq; et maria et omnia quæ conderet manifeste enituit. Nam cæteras facultates longo post intervallo Enēs inuenēre, et inuentas aliis vt Autores tradidere. Eloquentia vero genere Diuina indolem exprimens mirabilem ex Deo prima omnes antecessit, et cognatam sibi vim Diuinam, in obsequio, et motu absentis Auditoris, compulauit.

Atq; vt Diuinis rebus operantes, plerumq; in eam mundi partem ora conuertunt, a qua lucis exordium est: sic ego Diuinitatem eloquentiæ ostensurus id Orationis tempus afficiā qui totius lux ee orbis incepit. Quid enim aliud Deus fecisse videtur, cum se in Sacris codicibus per Moysen Suum singulari ratione semper cælo proximum interpretem, dixisse testatur: nisi Orationem suam, a consueta nobis claudendi formula inchoasse. Qua notum est omnibus quantus in Auditore motus factus sit, cum repente ea quæ non fuerant fieri, de nihilo ad existendum prodire, viuere, sentire, intelligere cœperunt: cum primum Solis, lunæ, et æternorum siderum ordo, cum syluæ veientium animalium vestigia comparuerunt. Pulchritudo et copia aquæ, et quidquid in aquis laudamus,

ad vim vnius verbi conflauerunt. Quæ singula longum esset memorare, vt natura in æqualitate locorum luserit, vt exiguo spatio retulerit omnes formas, quibus tota vniuersi Regiones variantur. O facundam diuini oris eloquentiam, quæ semel locuta id exhibuit, quod nulla vis exhibere potuit: idemq; spectandum dedit, quod nullus habuit. Quæ breuitatem Orationis vniuersi magnitudine compensauit: cuius tanta vis fuit, vt verbi celeritatem suius coporeæ materiæ moles secuta sit. Hæc verba succisam Orationem virtute, rerumq; multiplicata fecunditate amplificauit, et ita dixit, vt absentia moueint, et se ætatibus ponerent, in quarum singulis æternitatem posideret, suamq; Diuinitatem testaretur. In hac quæ litera, tot elementa, quæ sunt menses, lora, et alia temporum momenta, tot inuenies rotundas periodos, et puncta. Nam non alia sane tam admirandum Oratio decuit Oratorem, apud quem fari idem est quod facere. Et vero non tunc primum sanctæ dicendi vim Supremus hic Orator exercuit, iam olim sine exordio multo excellentiore artificio circa nobilius obiectum, ea vsum fuisse constat, cum verbum illud æternum, in quo omnia continentur est proloquutus: et toti qua in immensum diffusa est immortalitati copiosè apud se perorauit. Stupendum profecto et omnem vim creati intellectus excedens artificium Oratoris Dei: qui tam grandem Orationem, quam cælum ipsum et infinita ab Aristotele cogitata spacia comprehendere non possunt, in vno, sine partibus protulit verbo, ne diuideret suam cum aliis Diuinitatem. Mirentur iam alii veteres illos et Homericos Oratores, subtiliter deductas Orationes Menelai, et instar profundæ grandinis ductorem Ithacesium, melleo delibatum eloquio iam tertiæ Nestorem ætatis. Sed neq; ille concinnius eloquetur, qui se Laconica breuitate collegit, neq; ille contortius, qui cum sensibus verba ingenioso compendio clausit; neq; ille efficacius, cuius potens Oratio, surdis potius cantauit, quam animis veritatem persuasit: Ego fatebor nihil vnquam orbi vniuerso auditum fuisse mirabilius, quam quod Deus suam prolixam, et per totam æternitatem duraturam Orationem vno perfectam eloquentiæ in verbo. O Diuinam eloquentiæ vocem et dicendi copiam!

cuius beneficio?

Cuius breuitas in exordio rerum æternitatem, nostram autem in hoc curriculo temporis ita exercuit obsitatem, vt simul eam collegerit, cum eloquentiæ nostræ magnitudine in angustam, cuius tamen affluentia nunquam amplior, nisi ex verbi diuinitate confugit. Dubitaret curiosus Rhetoricæ facultatis inuestigator, de partibus huius diuinæ Orationis; sed immerito. Nec enim in VERBO diuino exordium, nec conclusio, vel finis dicendi ē potest. Cum sciamus, nullū in æterna Filii Dei generatione præcessisse otiosum conceptionis spatium, quia ab æterno exorsus, nunquam contentione dicendi fatigatus respirauit: sed in VERBI perfecti serie, ab elocutione plenam vno spiritu semper periodum declamauit. Hanc Orationem maluimus orbis totius partibus distinguere, quam nostris periodis terminare. Illustriores rati diuinitatis eloquentiæ ē notas, vel permouere absentem Auditorem, vel copisse in vno perorare verbo. Quod vero aliud in commendatione diuinitatis argumentum requirimus, illud vel maxime expectamus, an quæ virtus seu facultas, proponitur habere specimen similitudinis diuinæ, in regendis animis humanis, supra quem concipi possit, non naturæ officio sed diuinæ legis alicuius imperio sit valentior et procedat, tunc enim vnumquodq; suam diuinitatem demonstrat, cuius forma et vis ad animos penetrare potest. Neq; aliud imperium est eloquentiæ nostræ, quæ ita gubernat immortales animos, vt inter tumultus omnes non prius in salutem illorum, quam in ornamentum coronamq; immarcescibilem occurrat. Nam vt ea quadam parte mundum mortalem deus ipse æternus, et animus sempiternus fragile corpus mouet: sic virtus Orationis regit et moderatur cum animo corpus, et sine qua immensa imperiorū corpora non poterant conuenire: hæc sola effecit, a qua ciuitates, prouinciæ, et regna inciperent: huc eum ex cæca abysso vniuersum euocaret. Tunc prima parte temporis ad imperium totius orbis prodit. Verum vt in oculis oīum

Diuina potestate et gubernatione animorum augustior appareret, et Sapientiam sibi affinitate adsciuit, et apud Theologos efficacem grãã maiestate sociauit. Adeò vt contendendum sit, gratianè participet commendaõnẽ a virtute Eloq̃tiæ, an eloq̃tia in aliquã grãã nãam committat augeri gloriã Virtutis sua gaudeat, quoties cum illa compatitur. Quid enim aliud habet eloquentia, quam vt vi dicendi permoueat animum, et motum in eam quam persuadet partem inclinare. An non id officii genus grãã tribuimus, quæ Suasio aliqua est, tantumq; excellit vi persuadendi, vt motu animi qui Diuini Oratoris ẽe solet, et gubernat humana pectora, et negotia conficiat æterna.

Vt tamen felicius plura et illustriora in eloquentiam conferam ornamenta, Sententiarum, et opinionum de gratia certamina in medium producam. Gratia Dei in illorum arena feliciter, et ad victoriã applausum decurrit, apud quos excessu luminis, et delectationis intellectum cum voluntate, tanquam sibi subactos animos in triumphum deducit. Iam quid hoc eloquentiæ triumpho pulchrius! cum ita intellectui imperat, vt libertatem non excedat: et ita excedit pertinaces voluntatis conatus, vt suauitate placeat; quæ si cæperit in aliquẽ affectum inclinare, hunc assiduum tractat in animo, hunc præsentem motu continuo facit, dulci studio alit, et depressam ceruicem inter tropæa victricis delectaõnis exponit. Velint alii commendare grãam ab opportunitate, quod ita moueat et persuadeat, vt ex prouidentia temporis, modiq; opportuni circumspectione animorum saluti vsu efficaci conducat: Nonnè hoc Successu prudentiæ vim suam eloquentia exercet, cuius lex est apte et appositè dicere ad persuadendum. Cogitent et laborent Sæcula, vt nãam gratiæ declarent, actum agent. Neq; enim illam ab eloquentia motu distinguere potenunt, cum vtriusq; ab hoc vno effectu locus communis laudis sit: Neq; etiam ipso nomine aliam ẽe pbabunt, cum eloquentia Magnæ sit quædam mentis vox, gratia vero ab instinctu et Sermone Dei, ad humanum animum directa

nobisma

notione acquirat. Eloquentia virtute dicendi genium quendam infundit pectoribus humanis coelestem, summamq fortunâ, et ratione proponit hominî, vt Deum faciat ex mortali. Cuius animum partibus non semel fractis ad immortalitatem reponit et reparat, interq ruinas publicas huius caduci orbis tumultuosâ animi partem, affectus videlicet componit, vt in medijs affectuum fluctibus noua appareant virtuti et gratiæ spatia. Imo rebelles manus ipsa etiam Dei munificentia efferatas ad obsequium faciliores reddit, ipsasq sibi ad palmã et salutem restituit. Vnde euenit vt et ambo gratia Dei videlicet cum eloquentia domicilium vnius pectoris possideant: et vnum pectus vires vtrorũ complectatur. Quia vero admiratio virtutis virtutem colit, eloquentia tantoperæ diuitijs propijs abundat, vt per eam gratia amplificatrix veri habeatur: illiusq contentiones dicendi, et amplitudo regni diuini augeatur; et nomen Maiestatis supra mentes humanas ipsi Deo instauretur.

Conuertite oculos in totum qua latè patet orbem, amplissimũ inquã theatrũ eloquentiæ, et animaduertite, quantum eius virtus confecerit, dum illud Numen igneum Spiritus S. aduentum suũ inflammato munere linguarum celebrauit. Ascendit super caput vniuscuiusq Apostoli lingua, vt dominaretur eloquentia: eademq vertice occupauit, vt metropolim regni mundiq partiũ altius mente humana caput posideret. Ibi supra hominum ingenia diuina eloquentia sublimior conspecta est: vnde animis dominari capit, in eamq dominij appellationem dedicata est, et supra frontes exiuit, vt in titulos possessarũ mentium assigneretur. ostinã Quò ego congerere istius eloquentiæ linguas et voces possem, et mihi aliquis affulgeret ignis: Oratores ex illa domo partibus vniuersi assignatos fuisse laudarem. Quorum labore

INSTITVTIONVM ORATORIARVM PARS III

ORATOR CIVILIS

seu Politicus

Oratio pro Oratore.

Arduum est, vt cum prosis aliis, tibi noceas: in eaq; arma offendas, quibus alios defendis. Beneficio Eloquentiæ omnia tuta et salua esse videmus; ipsam tamen periclitari sentimus et timemus. Quid causæ est, quod ipse Princeps Romanæ eloquentiæ Ciceroni tui se debebat salus publica in senatu et facie totius Romæ cum Murænam defenderet eloquentiam accusarit, et infra disciplinam militarem depresserit! adeonè solus et in vnam eloquentiæ partem impius est eloquentiam! Sed malum superi auertant. Iuris ille studiosos seu Oratores fori persequitur, tanquam degeneres a veris Oratoribus. In ipsos ille Parentes acrius inuehitur, qui filios male Oratoria facultate in arena Palladis instructos Iuris scientiam tanquam filiolam oculari cogunt. Qui ex arena Minervæ, non in Martis aciem, sed ad vrbanam militiam fori bendi, respondendi, cauendi, plenam solicitudinis ac stomachi filios impellunt. Qui deniq; vt eum Græcis artificibus loquar, natos Auletas esse, quod Cytharedi fieri non possint, malunt: et ques in Oratores posse euadere despe-

Præfatio.

rant, eos ad iuris Scientiã deducunt. Verum liceat cum ipso Oratore Romano exclamare, cedat forum castris, otium militiæ, stylus gladio, umbra Soli. Malumus esse filios milites, quã calamistris inustos et crispos Oratores. Quod tamen iuris Scientiam omnino ab illis abesse velimus, sed eam sine Oratoria facultate perfecta reprehendimus, sine qua iuris studium, multum secum traxit inanitatis, et vani ingenii, sine qua Eloquentia ciuilis tenuis est, et parua, prope in singulis literis, atq interpunctionibus occupata verborũ: sine qua enuntiatis contentionũ misteriis, totum Iuris studium contemptum atq abiectum iacet. Scientia enim Iuris cum permulta præclare legibus constituta a Principibus accipiat, hæc Iurisconsultorũ ingeniis corrupta, atq depmuata efficit, et formulis terminorumq tenebris omnia clara, obscura reddit. O vtinam Areopagus ab inferis rediret et subsellia iudiciorũ nostri sæculi operiret! Profecto non tot fraudulentos loquacesq quam veros nostra ampliecteretur ætas, Oratores. Olim virtuti adnexa eloquentia, non hæc fraudum ex iuris interpretatione plena et virginem suam loquens, sed cum Veritate coniunctã, in omni libero populo est dominata, nunc fucus omnis, et quidquid vultum mentitur Veritatis, illudit, et decipit, oculos iudiciorum. Olim et arma togæ cedebant, et laurea linguæ concedebat: nunc ea discordia inter Eloquentiam veram et militarem disciplinam exorta est. vt cum vi geritur res et repetitur, spernitur Orator, et in suspicione tumultus artes illius conticescunt. Ad quid hæc mala, Iuris miscuit immaturũ studium. Iuno litigiosa inter Paridem et Helenam, causa incendii Troiani inuenta et accersita est, cum Eloquentiæ vera ea lex sit, vt omnes in vnum locum et pectus conuocet, atq ciuiles quicunq exoriuntur comprimat furores. Militaris enĩ, et Dialectica, et Rhetorica disciplina eo inter se affinitatis nexu colligantur, vt hic non alius præterquam æternus esse possit. Si tamen ullæ contentionũ inter eas deprehendimus, eas ex litium, iurisq studio processisse dolemus. Solã enim sunt artes quæ possunt locare hæc in æpliss̃imo gradu dignitatis. Vna

Imperii

Imperatoris, altera Oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli pericula repelluntur. Siquidem Eloquentia bona, quoties magnum aliquod pectus inuadit, prope diuinū efficit. Et virtute sua hōes inter hōes Deo velut proximos, cœleste in terris munus docet sustinere, vt tantam quisq capiat imperio et animo potentiam, quantam bona Eloquentia ore vsurpare possit. Hæc aureum reddit hōibus sæculum: et post bellorū tumultus virtutē cum victoriis inducit, vt tot victoriā cē appareant, quot virtutibus belli tempestates mitigarit. Verum quis non intelligat, cum damno atq dedecore publico bonam Eloquentiam iacere, cum iuuentus illius rore, quo felicitas omniū nutritur non curat imbui. Satis se doctā putat cum in circulo aut conuiuio rāōnē Iuris et Eloquentiā sarcasmo conspuerit. Sed res omnis bona hoc infortunio profligatur, cum ex liuore alterius aut vitio virtus calumniam patitur. Tantū scilicet efficit temeraria Parentum ratio, qui Eloquentiā non patiuntur perfecta studia ferre. Verum si negligit Eloquentiæ profectum iuuentus, et ad iuris studiū pperat, fastosa et inutilis est: atq religionis et reipub: fructū retardat. Si vero recte calculū ponimus, fatebimur quod subsidia omnis doctrinæ, ornamenta omnis virtutis, fulcra oīs vitæ, eloquentia bona suppeditet. Dixi.

SECTIO I.

De obiecto Oratoris ciuilis.

Manifestum est ex Principe Philosophorum Aristotele, Rhetoricam esse propaginem quandam Dialecticæ et Politicæ: ita vt ab hac Rhetorica accipiat morū scientiam, et affectuum: ab illa vero vsurpet omnia argumentorū genera vel potius formas argumentandi. Verba Aristotelis ex lib: 1. Rhetoricorū, cap: 2 patent. [Itaq efficitur inquit Rhetoricā quasi propaginē esse Dialecticæ, et eius negotii, quod circa mores est: quod cum de affectibus sit, æquum est vt ciuile appelletur.] Hinc facile quisq concludere.

poterit. Rhetorica obiectū ēe Orationē Rhetoricā, vt 1mā parte docuimus. adeoq verum ēe et aliud quod illi qui assignant pro obiecto Rhetoris ōes, aut non intelligant Aristotelē, aut ex aliis sententias opinionesq in sua transferant scripta. Quoties enim Arist: dicit in nullo determinato genere versari Rhetoricā, toties intelligit Rhetoricā ciuilē, non vero Rhetoricā ex Dialectica et Politica abstracta. Primū clarissimū ē ex textu Arist. lib. 1. Rhet: cap. 2. [Quocirca etiā inquit dicimus non in genere quodam determinato hanc artem versari] Quoad secundum, apertē assignat princeps Philosophorū obiectū determinatū Rhetoricæ, cum ait eodē lib: et cap: [Cumq ars nulla consideret singularia, vt medicina, quid Socrati, aut Calligæ salubre sit, sed quid tali vel talibus: Id enim artificiosū est, singularia vero infinita sunt, et scientia nequeunt contineri: Nec Rhetorica vtiq quod cuiq credibile considerabit, sed quid talibus veluti et Dialectica &] Ex his verbis 2m determinatū obiectū Rhetoricæ, sub ratione orationis credibilis seu persuasibilis deducitur, firmaturq satis solido argumento: cum dicitur nullā artē intendere, aut considerare singularia, eo quod hæc infinita sint, infinitorū vero, nulla concedatur ēe scientia. Tum Si Rhetorica gaudet nomine et ratione artis, quo verū est modo, Rhetoricæ obiectū ēe posse res omnes, cum ea infinita sint. Nam simul cū orbe rebus comprehendimus quasq in infinitū possibiles. Nihil enim ēe potest adeo abstrusum de quo Rhetorica dicere non poterit. Quod si res omnes velis statuere sub nomine vno Credibilis videlicet, aut persuasibilis: tunc id obiectū Rhetoricæ Ciuilis ēe dicamus, non vero Rhetoricæ abstractæ, a Dialectica et Politica, seu compositē ex Dialectica et Politica. Atq si melius et clarius loqui volumus. Omne credibile et persuasibile assignatum ēe pro obiecto Rhetori ciuili in genere magis deliberatiuo, versanti affirmamus: eo quod genus deliberatiuum, vtilitate sua alia genera in statu ciuili seu politico excedat et vincat. Vnde resolutio quæstionis illius, quare Enthymema vocatur Oratorius syllogismus sequitur. Quia cum Rhetorica materiā determinarit Aristoteles credibi

latetē sr

litatem, seu Probabilitatē, vel consultationē, seu Persuasibile, et Enthyme-
ma inter Grecas adnotationes Significationesq; non tantum significet disse-
rere, sed etiā pbabiliter disserere, et disputare, tum manifestū est, ppter mā
qualitatē et statum circa quē Rhetor Ciuilis eiusq; Syllogismus versatur, de-
bere ee Enthymenaticū, id é. pbabilē seu credibilem, adeo vt per Enthyme-
ma non truncatus Syllogismus intelligatur, sed nūc Enthymenatis comprehendatur
explicaturq; ee pbabilis Syllogismus, et Oratorius non simpliciter dictus, sed Ora-
torius Ciuilis: cuius mātā é consultatō. Verū de obiecto sit.

QVÆSTIO I.

Quod sit obiectum Oratoris Ciuilis?

Rndeo ee Orationem Ciuilem completam perfectam. Duo aut inquit
Cassinus de eloq Ciuili lib. 1z Sunt eloquētiæ ciuilis quantum complecti qui-
dem licet brachia, quorū alterū in Suasionib. et Dissuasionibq viget: alterū
in controuersiis et iudiciis sese promit vberius. In eis enim quasi quibus-
dam gloriatur theatris, hæc facultas semper floruit atq; dominata est. Quamobrē
vt totam hanc eloquentiæ rationē liquidius complectamur, ad partes istius obie-
cti accedamus.

QVÆSTIO II.

Quæ sint partes obiecti, seu Orationis Ciuilis.

Dico 1. Esse duas tantum partes Orationis Ciuilis, Inuentionē videlicet et
elocutionē. Patet conclusio ex 1ma parte Oratoris Dialectici.

Dico 2. Inuentionem Politicam integrari ex multis partibus, vt argumentatione
Dialectica, de qua iam diximus: Argumentatione Iuridica, de qua in genere Iudi-
ciali aliquid attingemus. Moribus. Emblemate, Statu. nunc breuiter omnia
transibimus, tantum commemorando, non tamen sine clara explicatione.

SECTIO II.

De Inuentione Orationis ciuilis, & partibus eius, vt statu & moribus: et de horum contrariis.

Primum est in materia Politica quod quari solet, Status videlicet, qui diuiditur in nobilitatẽ, populum et plebem. De primo ergo capite Status sit

QVÆSTIO I.

Quid nobilitas, vt est mãẽa seu Inuentio Orationis ciuilis, sit et requirat: & quæ sunt partes illius, & contraria?

DICO 1. Nobilitas, est quædam noscibilitas, quod nobilis sit quasi Noscibilis, in quo aut virtus aut maiorum affulgeat nomen. Quia vero nobilitas habet sua dignitatis partes, ideo optime communi ratione sic describetur; vt sit præstantia et excellentia, seu eminentia quædã orta aut a virtute, aut a fortuna. Hinc

DICO 2. Nobilitatem alterã eẽ virtutis, alterã generis: et aliã nectum, aliam fortunæ. Nobilitas virtutis habet connexionem cum nobilitate naturæ, Nobilitas vero generis, cum fortuna venit. Nobilitatem generis commendat Antiquitas: Sed nobilitatem virtutis oppugnat aliquando per nouitatẽ inuidia

DICO 3. Nobilitatem generis illustriorem reddi ex Antiquitate. Sunt vero nonnulli qui nobilitatis et ignobilitatis discrimen statim ab orbis conditi exordio incipiunt: nempe ab Abel, et Caim: vt scilicet ille quamdiu vixerit patris nobilitatẽ retinuerit; sic ob perpetuum fratricidium, amiserit. et cum postea omnes homines diluuio perierunt, saluis tantum Noe, et tribus filiis eius, Sem, et Japhet maiorum virtutem et nobilitatẽ retinuerunt, et in posteros propagarunt. Cham ob nuduẽ patrẽ derisum

ea dõ

ea decidit, audiuitq; patrem hæc non sine magno dolore pronunciantem. Maledictus Cham seruus seruorum erit fratribus suis. Ab hoc tanquam a dignitate nobilitatis remoto, omnes rustici nulla dignitate generis præditi Scythæ prodierunt. Sclauorũ vero genus (vt Author est Cromerus lib: 1 de origine Slauorũ, cap: 2) ab ipso vsq; Japeto Noe filio repetunt ii, qui Polonorum et Bohemorũ annales conscripserunt: Ex Japeto quidem Iauanum ortum eẽ: ex hoc Pelasgum: ex eo porro Allanum, inde Anchisen: inde Æneam: inde Ascanium: ex eo Pamphilum &c.

Verum hæc nobilitas generis gentiũ multarum est, quæ eam solã felicitatem adfert, quod ductum genus ex Japeto nullam cum Scythis et Turcis affinitatẽ generis, nobilem in toto vniuerso habeat.

Dico 4. Nobilitatem seu Splendorem generis esse præcipuum fortunæ bonum. Hinc prisci illi, qui nobilitate maiorum in primis gloriabantur. Vnum suæ nobilitatis fundamentum, iactabant; se maioresuè suos diis et Deabus genitos procreatosq; esse. Vt Æneas alloquens Achillem, gloriatur se a Ioue descendisse, Imo Poetæ ipsi quos volunt ante cæteros laudare, nobilitatis titulo: eorum genus ad deos referunt. Itaq; Menelaum, Achillem, et alios Hesiodus dixit. natos e Ioue fuisse Reges. Magni igitur constat pretii antiquum nobilitatis genus; adeo vt Arist: talem nobilitatẽ, antiquas vocauerit diuitias; De Teucro Telamonis filio loquitur Virgilius

Et lib: 7. de Turno. Seq; ortum antiqua Teucrorum a stirpe volebat.
Turnus auis atauisq; potens.
Hunc decus egregium formæ mouet, atq; iuuenta.
Et 12. lib. Hunc ataui Reges.
Murranum hic atauos et auorum antiqua sonantem
Horatius. lib: 3. Ode 17. Nomina, per Regesq; actum genus omne Latinos

Ille vetusto nobilis ab Lamo
Quando et priores hinc Lamias ferunt
Denominatos et nepotum
Per memores genus omne fastos.

Dico 5ª Nobilitatem generis sine virtute obscuram eē similem illi quā conclusione 3. descripsimus. Quod confirmat Quintil: lib: 3. cap: 10. Liberos inquit natura omnes et iisdem constare elementis, et fortasse etiam antiquis nobilibus dici potest. Huc accedit Boetius lib. 3. de consolatione philosophiæ.

Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu
Vnus enim rerum pater est
Vnus cuncta administrat.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus et proauos strepitis!
Si primordia vestra.
Authoremq; deum spectes
Nullus degener extat.
Ni vitiis peiora fouens
Proprium deserat ortum.

De tali nobilitate, quæ sit tantum generis et ipsius fortunæ bonum verum est illud Poetæ. lib: Metamorphoseos 13.

Nam genus et proauos et quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra voco.

Qui enim progenerantur ex parentibus nobilibus iure primo nobiles nec esse, nec dici deberent ex genere ipso, nisi hoc ~~de~~ iure ciuili in præmium virtutis parentum inductum esset. Hæc Tyraquella de nobilit: cap: 18. Nam quod nobilitas sit a patre, a iure ciuili inductum est inquit, sicut ius agnationis quod tolli et mutari potest.

Debet vero nobilitas ad virtutem referri ex qua ortum habet. Nam per virtutem nata est nobilitas, et illius gloria splendorq; ex industria et labore maiorum processit. Quid enim prodest sanguine alto censeri, et se Abrahæ genus iactare, si Abrahæ opera non sint in nobis. Qui abutitur dignitate et fortuna generis plus licentiæ ad scelera ex nobilitate assument, illi non honori est et laudi nobilitas, sed dedecori, hæc ~~f~~ et vituperio. Jam vide quid velit eiusmodi homo. Nobilitatem! parentes nimirum virtus magnos factisq; ac virtute claros!

claros desiderati. Verum quo illi fortia maiorum facta? illorum hæc fuerunt. Eius non sunt. neq; virtutem cum semine parentes transfundunt. Bene ille. Nemo in gloriam nostram vivit, neq; quod ante nos fuit, nostrum est.] Parentū sane virtus nostra eē non potest, non magis quam promerita illorum, saluari aliquī virtute parentum filius possit. Et quo mihi robur parentis, si imbellis ego! quo prudentia, si fatuus ego! fiunt fortes et docti, non nascuntur. Et a virtute ppria vera nobilitas venit, hæc illus ab aliena robore et doctrina fortis et doctus est. Sicut nemo ab alienis opibus diues, ab aliena mensa et vestibus splendidus, cum nemo ab aliena vita, mortuus viuit, alienis oculis et pedibus cæcus, et claudus videat, et ambulet.

Plura adūcio dictis ex Carolo Scribanio, eius institutione Politico-Christiano. lib. 2. cap: 10. Magnus inquit virtute propria aliquis initium dedit nobilitati. Hunc magnum imitemur, et propria non aliena magnitudine magnam magnitudinē amemus. Nam quis Pygmei magnitudinem filii, a Gygantea patris magnitudine metiatur! aut Pumilionē magnum dicat, quia magnus illi pater! non magis quam si quis magnum illum dicat, quod in magno monte consistat, aut in humeris magni Gygantis. Bene Chrysostomus monet. Melius est vt in te glorientur tarenter, quā vt in parentibus glorieris. Et in eandē sententiā alius. Gratius est me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti, et ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium, et virtutis exemplum. Hinc illa fortis et vera exprobratio, maiores suos extollunt, et fortia facta memorando clariores se putant, quod contra est: nam quanto vita illorum præclarior, tanto eorum socordia flagitiosior. Et profecto ita se res habet. Maiorum gloria posteris quasi lumen est, neq; bona eorum, neq; mala in occulto patitur. Ita plane est. Laus nulla eē potest, imbellem ex forti, pauperem e diuite, indoctum è docto, fatuum è prudente, dejectum è generoso, factis ignobilem e rerum gestarum memoria claro nasci. Vnde melius est cum magno Mario nobilitatem peperisse, quam acceptam corrupisse. Vera namq; nobilitas si rationem sequamur ducem, non hæreditate, sed laboribus, periculis, virtute paratur. Ad hæc omnibus via patet, omnesq; sumus ad illa nobiles. Et vt Stoicus. Animus facit nobilem, cui ex quacunq; conditione

supra fort

supra fortunam licet surgere. Supra hanc quos virtus extulerit enumerat Carolus Scribanius. Platonem inquit non accepit nobilem Philosophia, sed fecit: Euripidis et Demosthenis parentes, ipsa illorum aetas ignorauit. Incunabula Tullii Hostilii, aggreste tugurium accepit; Tarquinium priscum mercator genuit; Servius Tullius a' seruo imperium tenuit, protulitq. in imperio conditionis suae nomen; Ex taberna Macellaria ad consulatum Varro consendit; Porcius Cato ignobilis Tusculi nomen, nobilissimum dedit. Plebeia fuerant Deciorum animae, septies Roma Marronem consulem vidit ab aratro.

Exarescam in volumen, si omnes è plebe consules enumerauero, pergam ad Imperatores. Augustus equestri se ortum familia scribit. Antonius Libertinum illi proauum exprobrat. Otto patre equite Romano, matre humili, incertum an ingenua natus, ante illum plurimi prodiderunt Libertinum genere, alii Sutorio. Flauia gens obscura fuit, et sine vllis maiorum imaginibus. Libertino patre equite natum, Pertinacem et Dioclecianum accepimus ab ouibus, et mercenaria manu ad Imperium Maximinus, Maximianus, et Justinus venerunt. Philippus è patrocinio; Valentinianum et Valentem furiarios, Arriarium Justinianum imperium elegit. Quod si reliquos Imperatores, Reges, Principes &c. ad initia sua deduxero, et si quidquid saeculo magnum, quanti erubescent! sed contineo manum, et receptui cano.

DICO VI. Veram nobilitatem a virtute initium accepisse, vnde caueat quisq. non ignobilem se maioribus suis ostendere: et caueat imitari Africani filium, me audiat. Quantas tenebras, a quo fulmine nasci passi estis Dii immortales; Caueat Q. Fabii merita, Allobrogici filium, quem indulgentia patris, cum haeredem reliquisset, publica secuentar haereditatis. Hoc est nobilem esse, virtutibus nobilitatum animum circumferre: Nam vt cum Satyrio loquar.

Stemmata quid faciunt! quid prodest longa cortice
Sanguine censeri; pictosq. ostendere vultus
Maiorum, et stantes in curribus Aemilianos!
Et curios iam dimidios, nasumq. minorem

Corvini

Coruini, et Galbam auriculis nasoq; carentem!
Tota licet veteres exornent undiq; cerae
Atria: nobilitas sola est atq; unica virtus.

A robore vnicuiq; suo virtute sua, factis nobilibus suis, non ab alienis vera laus venit, vt merito maiorum virtutibus insolescentem rideat Satyricus.

Tumes alto Brutorum sanguine, tanquam
Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses.

Olim in Senatu Romano Seruius Sulpitius splendorem maiorum suorum producebat, vt Murenae virtutem oppressisset: verum Cicero ab illo requisiuit, qua ipse in virtute maiorum, eluceret Sulpitius. Summam inquit video esse in te Serui Sulpiti dignitatem generis, integritatis, industriae, ceterorumq; ornamentorum omnium, quibus fretum ad Consulatus petitionem, aggredi par est & p. Tua vero nobilitas S. Sulpiti, tametsi summa est, tamen ijs bonis literatis, et Historicis est notior, populo vero et suffragatoribus obscurior. & Itaq; non ex sermone ijs recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuae. Docet Cic: nobilitatem et virtutem maiorum sine virtute posteritatis obscuram esse. Ipsis tantum Historiis et libris notam. Adeoq; melius esse confirmat, vt posteritas maiorum splendorem, virtute sua illustriorem faciat, quam vt ex genere nobili posteritas degener, iactet auos proauosq;. Etenim inquit eiusdem animi atq; ingenii est posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis quam non acceperit tradere, et vt Scaurus, memoriam prope intermortuam, virtute renouare.

Itaq; si posteri veluti relicta natura ipsa, contemptoq; maiorum exemplo, quod illos ad virtutem excitare debuit, vitiis se et flagitiis dant, nullus excusationi locus relinquitur. Ideoq; Scipio Emilianus deforme existimabat, quibus dignitate praestaret, ab eis virtute superari. vt refert Valerius Maximus. lib: 3. cap: 2. Nam si quid omino est nobilitatis vtilitas, hanc solam habet, quod hinc accenditur stuchium aemulandi, proposito domestico exemplo. Proinde si pro-

cul degeneramus, a progenitorum virtute, merito dolerent illi. Si quis modo sensus insit defunctis. Posteritati enim degeneri tanto plus est dedecoris, quanto genus est illustrius. Atq; adeo degeneres contra naturæ ordinem peccare videntur, cum (vt Cic: testatur Oratione pro. Caec R. Postumo) sit hoc generi hominum prope natura datum, vti qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui sunt eius stirpis, quod sermo fert tum ad memoriam prodendam patrum virtute celebretur, cupidissime persequatur. Quæ vero posteritas eo amore laudis et domestico non incenditur exemplo degenerat: et seriem nam cuiusdam excellentioris euertit, de qua dicitur ex bonis bonos, et ex fortibus fortes procreari, cum non imbellem progenerent aquila columbam. Quid mirum! nunquid non etiam filii nonnulli, qui cum non sint virtutis maiorum imitatores, nec in splendore, et claritate maiorū constituti, reddantur vituperabiliores, vt quos exempla domestica non iuuarint. Sic nobilem malum dicantur, q. d. insignes et cogniti mali. Quamuis enim et Pater substantiam corpoream communicet, generalis tamen virtus non nascitur, sed quæritur ex propria persona, neq; ex anima Parentum, et ex mente anima filii transfunditur.

Ait Euripides. persuasio enim patribus filios eē similes, sæpe falsa in liberis apparet. Et nulla nobilitas seu splendor generis est inter malos, sed inter bonos tantum viros.

Vnde Phocylides dixit. plurimos eē genere nobiles, quos neq; dicendo, neq; consulendo vlla gratia consequitur.

Et Menander seu Epicharmus. Nam quicunq; natura nullum habuerit sibi bonum proprium, illi confugiunt ad monumenta generis sui, et anorum recensent numerum. At ne vnū quidē videre q. d, aut nominare, qui non habuerit auos. Nam aliter quomodo natus eēt.

Item Euripides de nobilit: loquitur. Hæc sola pecuniis comparari non possunt, tiquam Generositas inquam et virtus: formosus aut puer et nobilis, etiā

ex nob

ex malis parentibus gigni potest.

Ideoq Aristoteles lib. 2. Rhetor. cap. 15 distinguit Nobilitatem generis a generositate. Est autem inquit nobile secundum virtutē generis: generosum vero secundum quod non recedit a nāā, quod non contingit nobilibus, sed multi humiles ac deiecti sunt. Et autem (vltra prosequitur) etiam in virorū generibus fertilitas quedam sicut in agris aliquando: ac interdum si bonū genus fuerit, viri præstantes generantur. Rursumq genus deficitur, Degenerant autē ingeniosa quidem genera, in mores furiosos magis.

Ridendi sunt qui clari antiquitate illustrioris generis auos, proauos, et infinitam patrū seriem recensentes, recenter nobilitatos contemnunt, et dissonguendos a se putant: Quasi vero eorū maiorum aliquando non fuerunt noui, et aliquando primum cogniti similes aliis, Omnes nobiles et ignobilium maiores sunt, (ait Seneca epist: 44.) Si se illis gerant dignos, omnibus nobis totidem ante nos sunt, nullius non origo vltra memoriam iacet. Et Plato ait neminem Regem non ex seruis eē oriundum, neminem non seruum ex Regibus. Verum quidem est plurimum splendoris accedere Nobilitati si illius principium longa retro origine deducatur. Vnde Aristoteles de nobilit: protulit. [Si quis igitur bonus est ipse, non pollet autem hac natura facultate, vt multos sibi similes generet, principii rationem ad posteritatem non habet.] Sensus verborum Arist: sic est. Quod Nobilitas requirat et genus et virtutem, adeo vt si genus sit cum defectu exempli et virtutis a maioribus transmittendæ ad posteros: De eis recte dicendum sit, quod principii rationem, ad posteritatem non habeant, cum in posteritate, non tantum similitudo generis, sed et virtutis requiratur. Quod ipsum ex eodem confirmo dicente. Neq enim inquit, pater bonum per se genuit, sed quia ex tali genere erat. Ideoq aui et patres maiorum virtute ita florere debent, quasi ab illis primo profici̊scerentur: vel in illis ita

vigere, vt modo primum nasci videretur. Virtus enim inquit Aristoteles recens antiquiori melior ēe videtur, et vnumquemq; plus a patre suo, quam auo accepisse.

In eum modum loqui videtur Plutarchus lib. contra nobilit:. Quid enim aliud inquit, nobilitatem putamus esse, quam opes antiquas, aut veterem gloriam? quorū neutrū in nostro arbitrio est: Sed alterum inconstantis fortunæ, alterum propter humanā intemperiē est. A duobus igitur alienis, superbū istud Nobilitatis nomen pendet. At qui diuitiæ non reddunt nascentes sibi similes: virtutis autem, a iusto animi habitu profectæ facultas, sua veluti nota in prolem diffusa eam insignit. Et hæc verissima Nobilitas est, similitudo secundum iustitiam.] Item optime Plutarchus hoc loco persequitur eos qui posteritati diuitias non virtutem relinquunt. An vero (inquit idem) Midæ Regis diuitiæ nobiliores Aristidis paupertate fuerunt? Quamuis hic ne sepulturæ quidem sumptus reliquerit: Phrygis autem sepulchro, omnia cedere potuerint. Verum Nobilitas non inopibus sita est. (cum opes pabulum sint malitiæ) omnis sane malitia recte comparatur igni. vtrumq; enim pabulo destitutum extinguitur. Socratis vero generis humilitas, ex obstetrice et statuario nati, an non Sardanapali gloria nobilior fuit? Xerxem quoq; non æstimare debes nobiliorem Cynægyro fuisse, cui propter patriam suam amputata manus est: ille autē vitæ suæ fuga consuluit. Ex his.

Collige 1. Nobilitatem initiū accepisse a virtute maximè, non a generis antiquitate. Quanquā hæc etiam, quæ ab antiquitate generis ducitur, splendorem contraxit a virtute. Omnes inquit Cic. pro Sestio. Itaq; semper nobilitati fauemus, et quia vtile est reip: nobiles ēe viros, dignos maioribus suis: et qa valere debet apud nos clarorū hominum bene de rep: meritorum memoria etiam mortuorum. Quibus ergo non est virtutis præstantia, istis generis claritas dedecori et ignobilitati est, quam laudi et gloriæ. Turpitudo obiectu lucis

insignior

insignior fit, atq; conspectior, et nisi quis caueat eam, in tenebris natam esse et viuere melius foret. Tempore nobilitas incipit, tempore desinit: virtute claruit, vitio sepelitur; neq impedit longa annorū series in maiorum stemmate computata, quo minus adueniat interitus. Sapienter inter Romanos, equitibus lunulæ gestandæ designatæ sunt, in calceis nobilibus, vel in signum quod post mortem ipsi transituri essent super lunam, vt admonerentur, instabilitatis rerū humanarū, ne eēnt elati, cuius rei exemplo est luna, quæ ex obscuro progrediens, clara et rursus obscura fit: vel vt monerentur, quod ad modum lunæ, mutantis a sole lumen, sic nobilitas a virtute splendorem trahāt.

Sine virtute nobilitas, est tanquam corpus absq lumine. Bonus enim vir vere nobilis videtur, ait Euripides. Et Astidamantes inquit. Tutissima genens laus est virum collaudare qui iustus fuerit, et moribus optimus, ac eundem vocare nobilem.

Iterū Euripides ait. Ex conuersatione autē hīcs iudicabitis, et ex moribus nobiles. Tales enim feliciter inhabitant ciuitates, ac domos: Carnes vero hominum inanes simulacra fori sunt.

Ipsicrates tanquam ignobilis vituperatus. Ego dixit: meum genus inchoabo. Huc reuoco Phalaridis sententiam. Nobilitate inquit generis, quemadmodū alia aliqua re honesta gloriari, non indecorū est. Ego vero inquit idem, vnam virtutem noui, cæterā omnia tribuuntur fortunæ. Et fieri potest, vt qui ex improbis sit, bonus fiat, et Regum et omnium generosissimus: Ex bonis autem prognatus, improbus fiat, et se ipso deterior, et humillimis quibusq ignobilior. Quare laudem animi gloriose iacta, non maiorum per ignobiliores posteros emortuam nobilitatem. Ex virtute procreatus, is generosus effingitur. Optimè Phalaridi subscribit Epicharmus. Segerrimè inquit fero, cum aliquis obscurus, de nobilitate loquitur, ipse vero moribus ignobilis est. Quid enim rei est cæco cum speculo.

Collige II. Nobilitatem non consistere in splendore vestium, affluentia opum, nam recte Diogenes protulisse videtur. Cum aliquis ex eo percunctaretur, qui essent hominū generosissimi. Qui inquit divitias, gloriam, et voluptatem contemnunt: et quæ istis aduersatur vincunt, scilicet paupertatē, dolorem, mortem. At qui (Plutarchus loquitur) opulentia non similes sibi procreat liberos, sed qui ex virtute procreatus fuerit, generosus veluti ad Archetipum factus redditur. Non divitiæ aut Parentum splendor, sed cuiusq; virtus debet illustrem reddere, eum cui ex munere fortunæ genus venit nobilitatis.

Antigonus Rex Bionē Philosophum, de ignobilitate criminatum interrogauit: Quis et cuius est, ubi tua ciuitas est? ubi sunt parentes? cui Bion respondit. At qui o Rex bene facis, cum indiges sagittariis, quod non interrogando genus, sed scopum proponendo, optimos illorum tibi deligis. Sic igitur amicos etiam explora, non unde nati, sed qui et quales sint.

Collige III. Multum obesse splendori nobilitatis vitam insolentem, et vituperabilem Parentum. Contra quod Euripides multis locis insurgit; cuius sententias breuiter recenseo. [Stultitia hæreditarius morbus a patre est: sic enim solent mali generare malos.] [Dii boni quam vera est hæc vetus sententia, ex malo patre probum filium nasci non posse. Ingens profecto naturæ vis est; malum enim nullus bene educando, bonum reddiderit.] Cum nobilis quidam sed improbus ignobilitatē obiiceret Socrati. Mihi quidē dixit genus dedecori est, tu vero generi.

Sententiæ elegantes.

QVÆSTIO II.

Ad legendā nobilissima huius quæstio

An nobilitatē splendidiorem faciat literarum & militiæ disciplina?

DICO. Ex sola doctrina et virtute militiæ deriuari splendorē in nobilitate. Hæc enim ornamenta sunt quibus magnifica apparet nobilitas, istis spoliata nudum genus aut solā ex cunis fortunam eamq; pauperem habet.

Imō insolens

Imo insanam si tantum maiorum aut Parentum velit virtute, tanquã veste gloriari. vt inueneris quidam strenuo Patre natus, ipse vero satis exilis in militari disciplina virtutis, cum Patris stipendia peteret. Antigonius petenti respondit: At qui ego adolescens non Paternæ, sed propriæ fortitudinis mercedem ad præmia largior. Itaq; Hæc duo sunt, quæ præmiũ in statu Nobilitatis exposcunt, virtus militaris et doctrina.

Neq; sine causa excogitauit antiquitas Palladẽ Deam præsidem belli et pacis, militiæ et sapientiæ patronam. De qua optime eccinit Poeta in 3. Fastorum.

Forsitan ipse roges quid sit cum Marte Poetæ,
A te qui caritur nomina mensis habet
Ipse vides manibus pergi fera bella Minervæ.
Non minus ingenuis artibus illa vacat.
Palladis exemplo ponendæ tempora sume
Cuspidis, inuenies et quid inermis agas.

Eam rationẽ videtur obseruasse ille Principum, qui mensam depictã vnâ cum libro et gladio pre oculis habebat, cum hoc lemmate, Hic regit, ille tuetur. Proponitur apud Alciatum Emblema 91. in quo sunt expressæ et mutuo coniunctæ effigies Vlyssis et Diomedis, quam alter prudentiæ et consilio, alter vero firmitate virium fuit commendabilis. Itaq; quantum profuerit Vlyssi industria, et laudata strenuitas in bello Troiano, notum est ex Homero, et Historicis, huc prouerbium illud reuocate; vnus vir, nullus vir. duo intelligitur, quantum conferat mutuum auxilium in rebus arduis, et alioqui difficilibus. Quam ob causam apud Ægyptios Mercurii gemini Simulachrum sic effictum conspiciebatur, vt alterum senili esset vultu venerandum, alterum florente iuuenta: vt significarent eum qui reipublicæ munia rite obire velit, cum animi prudentia vires habere debere coniunctas, quod alterũ alterius egeat adminiculo. Hoc declarat Salustius

initia Cath.

initio Catilinarii belli. Diu (inquit) inter mortales certamen fuit, an vi corporis, an virtute animi res militaris magis procederet: Nam et priusquam incipias, consulto: et vbi consuleris, mature facto opus est; ita vtrumq; per se indigens, alterū alterius auxilio eget.

De Mithridate refert Paterculus, consiliis inquit dux, manu miles fuit. Baccatus in panegyrico Theodosii ait. Dux consilio, miles exemplo. Ausonius in nemulo hoc elogio donat Antilochum. Consiliis bellog bonus, qua copula rara est.

Infero reipubl: aut exercitum quemuis sine doctrina, aut Principem sine consilio ee belluam sine capite, et caput sine cerebro. Pro hac re adduxit Tholosanus lib. 10 de rep: cap. 6. Alphonsum Regem dicere solitum: nihil aliud ee Principem aut nobilem illiteratum, quam asinum coronatum. Neq; iuuat Principes aut nobiles animus militaris excitatus, et contra hostē generosus: cum sic sine doctrina videatur caput in pectore habere, non cor in capite. Simile vitium est antiquitatis vitio, qua bullam in pectore gestandam praeceperat, cum bulla dicatur a Graeco vulli, id est consilio. Bulla haec aurea primum fuit ornamentum Romanorum Regum ab Hetruscis acceptum; quod postea ad pueros nobiles, caterosq; quorum Patres equo meruissent, translatum est. Huius rei Autor primus memoratur fuisse Tarquinius Priscus, qui aurea bulla et praetexta purpurea filiū suū annos 14. natum, qui in bello Sabino primus in hostem impetum fecerat, donauit. Hoc exemplum Romani secuti liberos suos bulla donabant, quā ad annum vsq; 14. oberentur. Erat bulla ex parte rotunda. Nam in cordis humani figuram formata fuit. Dicta a consilio, quod haec aetas propter temeritatem maxima consilio indigeat, caetenum ex collo ad

pectus

pectus pendebat. vt pueri eius aspectu admonerentur et intelligerent, vta demum se homines fore, si vt (Macrobius inquit) corde praestarent. Hinc Epigraphe inscribi potest, Victore consilium. Cum tamen consilii tribunal, aut subsellia non in corde sed in capite collocari debeant. Quod enim est consul cum milite? Sapientia cum viribus, dux cum exercitu; cor caput et cor, nam insani eē iudicatur viribus aut corde praestare deficiente ratione: Sicut excellere formā nullus, cum defectu doctrinā omnium risu dignū est. Fertur enim Carolum V. cum ad illū ex quadā Germaniā ciuitate missus fuisset legatus, adiuncto comite formoso iuuene, illius ciuitatis primarii filio: peracta cum legato causa quaesiuisse, quid sibi vellet ille comes? cui respondit legatus, missum eē ideo vt eēt quae necessaria sunt statui ciuili videret et audiret. Hunc ergo Imperator cum ad colloquiū aduocaret, iuuenis vere magis mutum se pisce exhiberet: Subintulit Carolus V. Turis inquit comes, pulchra est statua. Significans fuisse formosum sed stultum. Ideoq adiunctum colloquio fuisse creditur illud emblema de aquila, exponente pullos aduersus Solem, cum hoc lemmate. Nobilitatis virtus non stemma Character. Siquidem omnes ii, qui de nobilitate sola gloriantur sine virtute, monstra sunt teste Arist: Contra quos ex S. Gregorio Nazianzeno adduci potest, quod tales non aliter se gerant, quā si quis corpore deformis, excusaret suam deformitatem, formā patris: vel multibrem animū matris patre. Quare dicitur laudi rosae nihil decedere, quantumuis ex spinoso frutice nascatur; nec probo quidquam interire gloriae ex humilibus aut improbis parentibus orto. Ideo Iuuenalis Satyra 8. poeticē et diuinē cecinit.

Malo Pater tibi sit Thersites dum modo tu sis
Aacide similis vulcaniaq arma capessas
Quam te Thersitae similem producat Achilles.

Literarū disciplina Principē aut quemuis nobilem exornare debet. Tempore Alexandri magni, nullus fuit Philosophorū, Poetarū, Oratorū, Mathematicorū, pictorum, Sculptorū &. quem ille non videret, alloqueretur, aut honore aliquo, vel munere non afficeret: atq adeò plurimis statuas publicè erexit, vt quarti faceret literarum

artium q disciplinã declararet. Imò post mortẽ Alexandri cum viri egregii iacerent et spernerentur, et in eis Archestratus venustus admodũ Poeta. Quicũ partim de siderio felicitatis Seculi superioris, partim commiseratione Poetæ illius inopiæ exclamauit. At si Alexandri contemporaneus fuisses o Archestrate, in singulos ille tibi versus Cyprũ aut pharicem daret.

Alcibiades in ludũ literariũ aliquando ingressus petiit a ludimagistro Homeri Iliadem: cumq ludi moderator, nihil se habere Homericũ affirmaret, colaphũ ei impegit: atq eum imperitũ eẽ, et similes sui discipulos efficere dixit.

Alexander Magnus adeo delectatus est Homeri scriptis, vt illũ ad verbũ dixerit, ac dormiens etiã cervicali supposititũ habuerit. Addebat illud, se malle eẽ Thersiten Homeri, quam Cherilli Achillem. Erat autem Cherilus Alexandri Poeta non satis felix, cum quo ita pactus fuerat Alexander, vt pro quolibet bono versu, acciperet aureum, pro malo colaphum.

Cumad Alexandrũ delatũ esset seriniolum quo nihil inter opes Darii preciosius pulchriusue repertum est: et quæreretur in quemnam vsum destinandũ esset. Aliis aliud suadentibus dixit, huic optime seruandus dabitur Homerus; Judicans nullũ eo thesauro eẽ preciosiorem. Idẽ Alexander munificentiã suã, et amorẽ erga doctos, in primis vero probauit in Aristotele præceptore suo, donatis illi ob historiam animalium talentis octingenti, quæ faciunt coronatorũ aureorũ, quadringenti octuaginta millia.

Præter hæc tanti fecit Pindarũ Poetã lyricum, vt cum Thebas vastaret, Pindari ædibus inscripserit, Pindari Poetæ. tectum ne eremato.

Proæresium Rhetorẽ et professorẽ Athenienſiũ, è Gallijs a Constante Imperatore redeuntem, cum varias ob dotes honorare decreuissent Romani, statuam illi ex ære pari magnitudine consecrarunt, cum hac inscriptione. Regina Rex Roma Regi eloquentiæ

Sigismundus Imperator doctos nobilibus tantum genere præferebat: atq interrogatus a Principibus qui literas oderant, cur homines obscuro genere natos ob literarũ

rani commendatione magni faceret. Respondit, se iure illos colere, qui cæteris singulari dono Diuino antecederent.

Alphonsus Rex Hispaniæ, semper in omni expeditione commentaria Iulii Cæsaris tulit. Idem etiam librum aperti pro insigni gestauit, quod bonarii animi cognitionem maximis rebus conuenire intelligeret; quæ videlicet ex librorum cognitione atq; euolutione perdiscerentur. Fertur tam fuisse librorum studiosus, ut milites in direptione vrbium, si quos libros comperissent, ad eum deferrent. Gloriabatur idem se biblia sacra quater et decies, cum glossis et commentariis perlegisse. Quin etiam veterum scriptorum lectioni singulos dies concedebat: ac licet multis magnisq; interim distraheretur curis, nunquam tamen passus est horam libro dictam per negotia auferri, aut impediri.

Augustus quanti literatos fecerit, vnum illud dictum satis declarare potest, quo indicauit Principum gloriam, Poetarum versibus et ore niti.

Idem postea victoria contra Antonium et Cleopatram, Alexandrinis ciuibus omnino ignouit: cum propter alias causas, tum propter Arcum Alexandrinum ciuem, cuius opera vsus fuisset in Philosophia.

Tyrannus Phalaris crudelitate celebris munificus fuit erga Polycletum medicum proprium, cui ex puro auro missit, phialas 4. crateres argenteos 2. poculum item Periclitum pana decem, et cum eis Atticorum argenteorum quinquaginta millia.

Theodosius orientis Imperator, Arsenium præceptorem suorum filiorum admonuit, ne quem ex sublimitate conciperet metum, sed illis potius, vt seruis vteretur. Quod tamen Arsenius non fecit, sed insigni modestia semper erga eos se gessit, et cum repente Theodosius ad eos aliquando veniisset, pueros quidem cum splendore magnifico considentes, Arsenium autem inter docendi artem reperisset: Imperator indignatus, filios insignibus Principum nudauit, tum æterna memoria dignum illud protulit, Si tales se præbituri essent, vt mores vitamq; suam ad disciplinam et leges componerent, propensum et illum fore, vt illis imperium in manum traderet, ad ciuium et subditorum commodum et honestate

accommodatum. Sin minus conducibilis eē illis dixit, vt sic priuati vi-
tam exigerent, quam doctrina nulla cum periculo imperarent.

Non leuem incurrere reprehensionem, si inter hæc munera Principū erga lite-
ras testata omittere monumentum gratæ testificationis, Anno 1639. Inui-
ctissimo ac potentissimo Poloniæ et Sueciæ Regi, Moscouiæ et Turcarū victo-
ri Vladislao IV. ab Academia Vilnensi oblatum. Vbi potentissimus Rex amorē in
literas Regium publico testimonio probauit, quem cum Vilna triumphatorē acce-
peret, detersō puluere bellico inter Sacra Academiæ adita, adorauit, in quibus
Diuinarū lauream doctrinarum, viro nostræ Societ: doctissimo. Matthiæ Casimiro
Sarbiewio Sacræ Suæ maiestatis Oratori, ac Theologo porrexit. Ita plane oēs
vniuersitates in hoc ornato capite coronauit, et beneficio obstrinxit.

Sententia Mutuis operibus iuuari ornariq; debent, musarum quies defen-
sione Herculis, et virtus Herculis voce Musarum.

PRIMÆ PARTIS
SECTIO III.
De Definitione & Diuisione.
QVÆSTIO I.
Quid sit definitio.

De genere Demonstratiuo practicè in materia Politica
Vt ordinem dignitatis materiæ obseruem, iure ipsa videlicet dignitate Status
Ecclesiastici vt pote Spiritualis impellor, vt primo eū collocē loco, quam statum
Secularē, vt pote profanum. Neq; tamen vllus Successore mihi debet, quod Status
Ecclesiasticū in Oratore posuerim Politico: tum quod Status Ecclesiasticus non exuit
ciuilitatē aut politiem, quia est Spiritualis; tum quod in rep: Polona Status Ec-
clesiasticus principalem Senatus constituat partem. Vt vero felicius rem propositā

perficiā

perfiuã. eandem cum meo labore, primis principibus Ecclesiæ et Vrbis Romæ, tuisq; tibi D. Petro et Paulo, eorũ natali Isleniq; die die dico, et consecro

GRATVLATIO
Dignitatis Archiepiscopalis, primiq; in Regno Principatus.

I.

Honores, quibus antea Principũ et Præsulum Illme fulgebas, eam tibi ad Hodiernum Splendorem, præparabant viam. Te enim in maxima præstantiss. virorũ multitudine, qua hoc tempore florentissima nostra est patria, adeo illustrẽ effecerunt, vt antequã ea tibi dignitas delata esset, iam Princeps, et præsulum primus videreris. Cum natura magnitudinis virtutis tanta sit, vt si amplissimũ pectus aliquod ingresserit, proximè ad Diuinã et quæ Princeps est inter homines existat maiestatem. Circumtulit vniuersa patria vultum et oculos vt notaret cuius capiti ea corona imponi SSmi Regis decreto deberet, Sed cum summam felicitatis in te vno admirata esset, Principem tu Præsulẽ et Senatorẽ elegit. Ita planè Species quædam prodit se dignitatis, in vno quoq; summo virorũ, vt in ipsa etiam vmbra et planitie aut campo virtutis magis elucescat, suaq; se efferat mole. Et tanta vis est solis, vt cũ ipse sol cælo submittere se videatr et quodam naturæ cursu minuere, etiam inter appositam lucem integram, radiis et cursu efferat suo. Sic qui optimus est, magisq; in optimũ fingitur, illo deos æquat, et ipso habitu corporis erigitur, atq; hinc obtitur, aut tollitur virtutis viribus, vt se in spatiũ magnitudinis suæ extendat. Assecutus es Illme Præsul magnitudinẽ tuã, et ex capacitate animi, in sublimem pectus dignitatẽ effecisti, vt in te Præsulis Senator, in Senatore Præsul: in vtroq; Princeps natus, et coronatus esset. In hanc ergo te sublimitatẽ merita tua extulerunt, vt Dei Principisq; ritu cuncta prouideas, vnde patriæ magnos

animus Spiritus in te concipit, ac fiducia impletur. Et si occursus ipse Sapientum iuuat, et est aliquid, quod ex magno Viro vel tacente proficiscatur Utilitatis: quantū patria profecturā se gaudet, cum ex conspectu Suæ ipse felicitatis in maiorē lætitiā consurgit. Gratulatur nunc sibi, quod te Illme Principū et Præsulum, ex magnifico placidoq; fulgentem videat. Hinc fortitudine, prudentia pastoris, inde Senatoris pollucentē, unde credit humanitatis bonum, Splendoremq; in se dimanare. Admiratur, quantū in te puidentia et Splendor generis, et ex isthō magnanimitas eminentissima decoris, quantū ponderis gmunitatisq; contulerit in Senatore, quantum cum gmtia auctoritatis cūm Pastore ostendent. Nemo te non Præsulē amabilē, qui non simul Principē, quē reuereri omnis debeat, diceret. Quoties enim patria omnes illustrē faciē dignitatis tuæ intuetur, totiēs altiorē fulgentioremq; animaduertit, adeo vt tuo debut Numinis occursu detineatq; et consistat; Vultum vero ipsū benignitate producturū et euocatū tibi Illme Præsul ad obsequiū omne submissa nobilitas, et Pax sit faxit videre tacita precatur, et diu completa, multa extantē, Supraq; mensurā Principū adorat. Quia vero in sua magnitudine dignitas tua Principū et Præsulū Illme amplitudinē, et maiora incrementa laudum gratulationiūq; præparat et ostendit. Hoc vltimum officia elogium gratulationis, testimoniumq; lætionis animi patiar, quia animus noster in maxima profert te vota, magnitudinemq; tuā sequendo deficit, in Summa Votorū et Vocū magnitudinis, tibi patriæ pastori et Senatorū Principi infinitas felicitates vouet, et infinitum amorem submittit. Vale.

II.

Semper expectauimus Principū et Præsulū Illme Summū tuæ virtutis et dignitatis gradū contemplari, vt in Eoe fastigio honoris consistenti, de altissimo virtutis tuæ culmine et rerū gestarū glorā gratularemur. Et vero

cum omnes

cum Vniuersi patriæ ciues omnia tibi magnifico, et rem et verborum apparatu officia exhibent: Nos simul cum tot tuiet taliu virorum virtuti tuæ gratificantiu numero, accedimus, vt cum lætamur te Summa Archidiaceseos gubernaculo occupasse, Summæ tuæ virtuti, maximis in remp: meritis, generis et sapientiæ laudi, votorum nostrorum ornamenta consecramus. Omnis enim Sodie maioris, imo totius Regni Poloniæ ex te pastore et primo Principe vigilantissimo futuræ felicitatis, omnia ad optata animi patriæ promittit. Nobilissimus equitum Polonorum ordo faustis lætisq. acclamationibus primatem prosequitur. Dein latum conscriptorum curia, et Regni Senatorum consessus, ex animi sententia Principem amplectit. Imo. S. R. Maiestas, cui tantæ amplitudinem virtutis dignitatisq. tuæ videret, cum tibi honorem detulit, qui Summus esset. Primum Principem te creauit, vt in patriæ latiorem dignitatis tuæ campum daret, et in te diuinum ac optimum patrem patriæ honoraret. Tua gubernationi et tutelæ, sine religionis integritas, sine patriæ ciuium salus se credunt, te circumstant ara et templa, arma militum, et curiæ ciuium: vt in tua manu et ore, suam felicitatem conseruent, et conseruatæ saluti publicæ adsint. Ad tuum conspectum et nomen improbitas hæreseos, et flagitiorum licentia expalluerunt, quod fortissimi Athletam inter plausus religionis, et reip: studia gratulandi aduertant. Iam sua in ipso limine, et ingressu capita frangi sentiunt, omnemq. vim penitus debilitari experiuntur, quod te religionis vigilantissimum patriæ, patronum, legum patriæ acerrimum propugnatorem esse perspexerint. Æstimandus igitur est iam omnibus virtus et dignitas tua Illme Præsul, et Princeps, adeo vt cum viues nostræ, cui ea non possunt [illegible] et quæ aduersa sunt cedant et occidant. Nostra in tanta copia virtutum tuarum deficiant: Iam necesse é, vt opprimant omen nos, quæ ferentib. maiora sunt, illud tamen adulationi ipsi maximum é, quod cum Religio et patria in tuos se deposuerint, tamen omnium animis locus et campus etiam relictus sit. Capacitatem profecto iure Sodie immensa in tuo animo vocarem, qui omnium animorum necessitates et vota poter continere, vt verum sit et appareat hac luce ex te Illme Præsul et Princeps, quod plus debeat virtus in sustinente et actore, quam in pondere esse. Verum cum ego tua

dignitati, attuli Orationem gratulationemq; meam admoui manu et lingua laudibus, quam nec finē facere, nec sperare possum. ——— ———

certe relinquenda sunt, quæ latius actu proceduntur, atq; ab iis desinendū ē, in quibus cum me tam poſuero, aut deficiam, aut desinam. Noua enim ex tua dignitate tua multiplexq; nascetur Oratio. cum et tam magna sunt tuorum tui negotia, et tam virtutis fœcunda, vt multum quoq; nobis negotiorū præbeant. Vbi igitur ampliorē ē in testimoniis gratulationū non poſsumus, Orationē nostrā contrahimus. Sed vota felicitatis et apprecationis tibi Illme Principū et Præsulū eſq; per summā immortalitatē explicamus. Dixi.

III.

Luctuosa mors Sanctissimi et doctissimi Archiepiscopi prædecessoris tui Præsulū et Principū Illme graue pectoribus nostris vulnus infixerat doloris. Sed primo rumor tuus solicitudinē animi leuiuit, hilaritas tristitiā dissipauit, conspectus ipse tuus Illme delectauit. Ita plane, est vt aurora diei mollit et lenit umbras, ortus Solis expellit noctem et nubes, ipse Sol totū exhilarat orbem. Exortus es in diem lucis memoriā Illme clarissimus Sol, Illustre sidus princeps inter patriā lumina, patriæ caput. Extuliſti te in illa vere magna, in Præsulē et Principē, vt in vtroq; ingentia spatia occupares, in quorū poſsessiones animus tuus excrexit te, cum quo adeo virtus tua emicat, vt sub ipso titulo honorū, vbi summū tetigit alatu, et crescat. vt hoc habeat argumentū diuinitatis ciuilitatisq; suæ, quod cum illam Diuina negotia delectent; patria vero solicitē solicitet et Principē, quod ciuiū interſit negotiis tanquam suis sedere spectat in te Religio occasus hostium, et patria ortū pacis. Vtraq; obseruat te et colit. Cum primū cælo tuæ dignitatis lumen ex nūe tuo oſtendiſti, dū ad eius summū a toto Senatu euocareris culmen. In quo solē te nominaui quod Præsul et Principū Senatorumq; primus sis. Sed cum te primū admiror et complector S. R. Maiestatis patronū, Patris Illme Præsul obiecto veniā, qa te non solū sed in vicina solis Inuictissimi vt pote ac potentiſſ Regis

Maiestati

maiestati prestimū adorabo. Quo lucente Solis qdē faciem circumfers, sed in occasu illius, aut exoriris Sol, aut Solem creas. Verū iterū deprecari tuas liceat aures Illme et animū inter Sydera Senatorū quiescentem te aut fugientē a Summa luce et meridiana regula-bamus, cum nollet oblata Sti dignitate, sed Soc facto ad ortū redibat, vt quotes Princeps ad-les ee, primas videreris, et in ipsa fuga a meridie dignitatis oriens adoraremus semper Terminū igr mentone tuorū occupasti, sed ppter otiū an laboreē? vltra quo Sonor tuus eni-tat non potest, qa Sir et Princeps et Prasul et Sorū primus est. Ergo prestimū Soc emeritis virtuti tuae Sonoreē inquā concessit quieti tuae! non aberraret. Si enim te respi-rantē a curis patriā primatē euexisset, saberet cultū Illme tuū, ex cuius conspectu sa-lutē ciuiū resp[illegible]raret. Cum iusti viri sanet aspectus. Verū non ideo quiescentē Solē eē dicimus, quod Olympico cali cursu illius passus non amulemur. Hunc enim quem toto orbe terrarū maiore probat naā et rō, debilis auris nostra contrahit: et cum velocissi-mū oīū esse sciamus, quia non videmus moueri nec ire crederemus nisi apparret isse, effugit semper aciem animi nostri tua in consilio et gubernaōne antecatarū dignitatū mode-ratio, vt cum te multi nostrū in negotiis religionis et patriā non sentirent procedere; te patria et Senatus nobilissimus precipiti sane curarum velocitate labentem, et ortus ma-lorū, occasus optimorū, intra momenta temporis animo vbiq similem reuoluentē admirata ē, Sir enim ingenti spacio in sublime erecta corpora, quo altius tolluntq quiescere videntur. et animus virtute sublimis tacitus negotia conficit, et immotus tumultuosas coniungit partes, vt quo magis placidus est, eo altius damna discordiasq intra ipsa etiā latens viscera componit. Exordiū Sor laudū tuarum placida et prudens virtus tua inchoauit, sed ego amplior eē te-reor, ne modestiam Illme tuā offendam. Tuā ampliorem placidā et compositā prudentiā oraōnē relinquo, conscium pectus tuum plenum curarum, et pro religione et patria appel-latum, sed qa sacrū eē scio, arcana Diuino consilio ingredi non audeo, meruit getem pietas tua Princeps et Prasul Illme, vt magnas virtutes tuas, ceu illustre exemplum, in publicum patriā educerem. Sed actum agerem, cum te vno conspecto, ex vultu omnes se produnt, et festinandi cuiq in laudes tuas occurrant, ex quarū conspectu cum oīa patriā,

tum et tibi Praesul et Princeps Illme precamur. Vt per te generi tuo Polono prospera omnia, id é digna Seculo tuo contingant. Te vero fortē et Hilarem, et domi et publicē optamus. Dixi

Gratulatio Archiepiscopatus Leopolensis.

I

Vrbs Russiæ Leopolis, Praesulum Antistes Illme, Te Pastorē recipit et Salutat. Ingrederis metropolim Russiæ, Lepolin cubile leonum, mira patrum virtute in concordiā vocatum leonem et agnum. Aut fallor ad ingressum tuū spiritalē Schisma deponit, et fiunt leones, agnes oues, pastoris laudabunt pedes, inde oues, leones ad ingressū non currus triumphales trahunt, sed ipsum triumphum, tecum intra mania urbis conferunt. Procedit in conspectū tuū Illme Praesul magnanimū genus, oues. leones. Cedant raptores patriæ, et religionis, Schismatici leones, cum tu leo pastor ingrederis. Ipsa voce tua vt pote leonis prosternenda timent Schismata, et religionis et Senatus. Jam quo te nūc salutaturus Sum praesulē an Senatorem? pastorē an leonem Quid Sacros? ouiū pastor et pro ouibus leo es. Pro Religione Leo Praesul: pro patria Leo Senator. Vtraq; parte et virtute amplectimur te Illmum Antistitem, et fortissimū Senatorem. Ita ad coercendos animos hostium religionis et patriæ, Sapientissimi viri iudicaverunt inevitabilem metum, vt supra Se aliquid timoreat semper. Te Praesulē Illme ciues tui rebelles elegerunt ad cuius nomen Hostes prostrati vident iam Sua Schismata turbari, nostram religionem, cum aris et templis, patriam cum focis inconcussam venire, et plausus immortales in ingressu tuo explicare. Vile profecto iudicamur in tanta audacia Scelerum, et Schismatis Pastorem esse, aduersus quem nemo sibi Satis potens ē videatur. Sunt quos pax non nisi meta placet, at qui te iam supra capita Sua Hostes Antistitē et Senatorem in vtroq; leonū collocari vident. Jam te praesidem, gubernatoremq; vniuersi boni patriæ, metuunt Hostes, et ex dignitate Praesulis, omne nomen tibi virtutis sentiunt et fatentur conuenire. Audiunt in ingressu tuo festiuos applausus nobilitatis, acclamationes vrbis, et inuiti talia fremunt, in profundaq; viscera terræ Se colligunt, quod inter triumphales voces rugitum leonis perse-

tiant. Scimus

tiant = Scimus quandam subtilissimo igni, et ex vi diuina conceptâ naturæ inesse, et concrebrescentiam, qua non tantum icta cadant, sed etiam afflata. Nec Leo eo ipso quod illi natura dedit robur vincit gerit et vibrat in voce fulmen omnium metu, et cum se voce tuetur terrore exanimat portenta terræ. Vince animos et vestes Illme Archipræsul, cuius nos vocem et ingressu pastoris hodierna luce salutamus in Leone. Felicem me hodie dixerim ouem tuam, quæ ex nostrû oîum in te animo, cedere in velus aureum possim cum omnibus. Quidni! etiam nos oues pro te cur non leones! cum et vota et pectora, voces et vires pro te Illme Antistes hodie conservamus. Vive.

II.

Redîsse ad nos, aut peruenisse sole hodierno Samsonis oppositâ quæstionê Illme Archipræsul video, cum te et Præsulem, et Senatorem intuemur. At quid tandem difficultatis oppositê dicere possum! exiit de comedente cibus, de forti dulcedo. Trahimur iam in compositæ dignitatis elementa, cum Pastorem cibus, dulcedo fortem Senatorem ostentat. Non leuis exclucta animo nostro extitio ingressu intercesserit. An cibo inuitari ad salutandum, et amplectendû Pastorem nos sentiremus, an dulcedine magni, et fortis Senatoris teneri! vtriuq; certamen victo superstabat omniû nostrû animo. Quod hinc ab aris, istinc a foris recipiendus esses: indeq; pastoris et cibi, inde fortitudinis et dulcedinis nobis in te appareret diuinû connubium. O te religionis et patriæ pastorê et patrem! condiuit Deus et natura — alterna sene rerum et virtutum sonore tuum. Excelsam sapientiam, magnitudine prudentiæ, dulcem eloquentiam forti animo Senatoris, adeo et hæ duæ res quæ in religione et patria plurimû possunt, contra nos arabe faciant in amici temper summa prudentia et eloquentiæ gratia quamm alterâ Illme, tota religio nutritur alte, et conservatur. Altera patriæ in amplissima cunâ patrû delectatq; et tenetur, quæ duo sapientiæ tuæ exercendæ facultatem nostra inopia præcidit, et eloquentiæ tuæ vim et virtutem, animo nostra refrimidat; quæ magnopere vereor, ne si tot res tam infigrer, tam longè lateq; patenter, immensumq; dicendi campû modicis circe laudibus, et perangustis regionibus complecti voluerit, in ipso limine exeat. Institit virtus tua ad summa non humili passu, a primis etiã nãe rudimentis Illme Præsul, in quibus felici contentione meritorum, honorê maturiorem effecisti, ut apud te iam supremus esset, cum primû bene mereri videreris de religione et patria

Magnarū Rerum Sublimia potissimū fundamenta Optime Praesul, festinasti, et opus honorū nostris an Superabile, magnum certe in ipsis initiis occupasti. Crescit siquidem animus, quoties cepisti magnitudinē ostendit, et cogitat quantum Virtuti, non quantum honori Superest. Fidelissimus est ad Summa maximis inauditus animus, recolligit se diligenti principiorū usu, et cum magna Superanda, et occupanda Sunt, se maximū explicat, et Supra magnitudinē honorū exsilit, at extendit. Quis neget Tuae in te collecta fuisse, quae magnitudinē tuam prodiderunt? quis neget te maxima Olympionū Virtutis et Sapientiae, Splendoris generis et honorū, non Sine insigni reip: admiratione consecutum ēe? quis denique neget, te in tam densa amulorū acie feliciter eo stetisse loci, unde omnia columina patriae prospectare possis et regnum qua auctoritate, qua consilio recreare. Est vade immortales gratias referamus Superis quod in te nobis Pastore Virus; in Senatore dicendi et consilii gratiam submiserit. Feliciores non profecto Samsone quis non videat, cū ner aridiores ieiuni ad ingressum tuum, sed pleni meritorum talorū occurremus, et in gratiam inuictae eloquentiae nec diserti ēe in de rebus gestis a te praeclarè incipimus, iure exclamem de Pastore religioni cibum, de Senatore inuictam sodie et viri pectore natam patriae emanasse gratiam. Hos ingressu tuo Leo noster fortis et contumax aduersus Sasser surgit, intrepidus et inconfussus, nullius tumultu, nullius fulgore perculiendus. Gestit in tuo triumpho, et cum tacet ipsa tacita, quae loqui non possunt tacita quodammodo latari mihi, exultareq videntur. Illa insolito et nouo adiuuantur tui Optimi Splendore illecta, in arctissima vincula obsequiorū submittit iubar, a te omne praesidium et in ore ipso nectar accepimus, et pro te gratiarum matrissa voce, aut suauem dicendi melleum, aut sanguinē cum vita effunsum Diui

Apparatus Elocutionis practicus

Pro Gratulatione Archiepiscopatus & Episcopatus.

Emeritae Virtuti Supremus sic debebatur actus Princeps Optime ac Iustissime Antiquitus, ut minores Insulanū consuetudines transgressa primo in Polonia ordini primū te Principem ac primatem, arduo in honorum vertice statuere, forsasse ut augustiori quam si humana maiestati maior esset e longinquo reuerentia. Consultū volebat mortali oculo cui

Suum

Sua impar arsa facies, si Serenum illud quo cuiusis tempestatis sudum facis, in demissiori positum loco propius contemplaretur, et quamuis publici ignis illud sit ingenium vt quo altiori spatio sese diffudent, eo liberaliter in altum elevatae lucis, dispensat usum, illam tamen mortalis oculus fendit vsuram, vt si adspicit id temporis destinanter pertinacius contempletur. Sentiat Cindicer in pupilla radios, ibi tamen dispari conditione splendoris amplitudo accessit, et non illustrius duntaxat virtutis radium exercear, sed etiam benignius spectatores patiaris, dignus fautorum an factorum iudicem visus, qui virtutis regnum, victorii confinio nesciat temperare. Optimum apud te omnium nactus est animus domicilium, quem ita mentori ac virtutum virgo conscientia, vt vel per Senonii gradus Sua memore origini alium ascendere cogas, nihilq ei in virtutis clivo residuum ee doceas, quam vt celo medium caput inferat, Suisq natalibus cunis sese admoueat.

Jam vero dum Senatorem agis ne Solus Apollo Suis se commendet oraculis, a te quoq responsa etiam petuntur. Suauiter pectoras, non tibi velut inissa fluunt verba, sed quidquid cogitat beata circumfluit Oratio. Primitiae haec prius infula tacita, ita tamen vt audirent omnes Suffragia erant et dignitas pederet dignitate, et vna aliam redimiret mitra, Vernii sunt dein sibi illustre augusta Sedes Diuonum Sedes experitur Vltime Antistes, quippe Solem nouum post hyberna tempestatem sibi morte Praesulis optatissimi funestam vere orientem aspicit et adorat. Animasti etiam ad Vocem tacentes Musas, eoq humaniores effecisti, quod ad conspectum tua celsitudinis loquantur. Plus oportet vere sentiant, quam fabulose muta olim Saxa ad Vocem Amphionis, aut truchi murmurantes Sylvae, aut lyram Orphei sensisse ferunt, quando tua insignis in tanta dignitate humanitas maiestate adeo temperat suauitate morum, vt facilius Orpheo aut et Amphione pellicere ad officia humanitatis possis, mutos etiam et elingues.

Ingrederis fortunatus Hesperi Pontificio tuo accessu, nouas meritis pridem tuae Sedes Vltime Antistes, aula vt diu expansos animorum sinus in complexum tuae dignitatis ferunt, ita nouam venient felicibus aditu tuo Dii singulari cumulant laetitia, Indemunt voluptati, deniant in augustum Eor Pontificii Senonii domicilium, vna tecum virtutis tuae, atq omnis splendor mentorii et Senonum, qbus Vltima primo etiam ingressu accendis lucem, omniumq oculis

illustris adeo affulgat, ut a nemine non videri possit, quantus sis, qui sanc primùm sedē ingressi, longè iam emoritur eam pridem occupasset. Nos ita tanta splendoris tuiq; lucē, Ludæ serenitatem speraue decet, tuæ humanissimæ voluntatis dum te in hoc solemnis lætitiæ communi usu, magis debitūne prosequimur quā caute. Primùm quæri potuit Ecclesia, si te solicitudinis reipi: ita remisisset, ut solicitudini sanctiori admoneri nollet. Quanquā ea ipsa est sanctissima voluntas, de rep: mercadi agere quod bonū ciuem, quodq; in primis senatorem et iuris publici libertatisq; custodem decet. Vixq; inter minora officia censeri debet, quod patriæ pietate, quam quod religione instaurabitur; mirabili nihilominus æquitate, quod Ecclesiæ debere poterat, nequitia pius eē in patriam ut voluisti, ut careret Ecclesia officijs religionis tuæ.

Pugnasti consilio ac virtute pro foci, ut senator: ut pontifex pro aris. vtramq; collegisti laudē in hoc vtriusq; laboris curriculo, atq; id meruisti, ut stetisse semper gloriosus Athleta censeare pro aris et focis. vtramq; tibi reipi: sacram ac ciuilem dico, victimus incumbere adeo, ut magnus vtriq; Atlas videri possis; maior etiam Atlante, qui cælo simul humeros subiecerit ac terræ, quando reipi: vtriq; subiecisti. Adeò nihil a te solicitudinis pontificiæ desiderare potuit, quod ei non abundè impenderetur. plus etiam intendisti, quod plus a te tua virtus exigeret, quam necessitas temporum. Nam ut magnitudinē miramur solis, atq; tanc illius lucem, qua fruimur, videmur angustè habitare, si rem domicilio metimur; ample si mensuram domicilii definimus; universitatis usu, ita dum te huiq; virtuti tanc, adeo illustrem circumscribimus, non sola magnitudine, sed nostra debilitate terminum quem debemus nostræ vibus definimus, non virtuti tuæ. Tibi equidem nullum non angustum domicilium eē debet si te ipsum spectes; quod ad eam dignitatem succreueris cui angusta sit ipsa orbis magnitudo, patere non inuitus tuæ fortunæ angustias, quæ cum omni amplitudini tuæ parem locum reperiret nusquam, eo te indigenā felicem collocat, quo non posset ampliorem figere tuæ dignitatis sedem.

V.

Cum ad speciem præclara in ipsa re sese præbent argumenta, adeo inde in ipsum simulachrum omnes contendunt opera, ut virtutē insignē, figuram perfectè induidant. Liceat quoq; mihi Illme Præsul, nunc vniuersa nobilitatis in aspectum datura, maxima tuæ virtutis præclare

gestæ

gesta, vt ea id contentione feliciter exprimam, in qua me cum animi mei, tum omnium meorum, gloriaq; nobilitatis et cetus religiosi, tota adiuuant. Non aucupabor interea colorem, a splendore tua familia, vel maioribus, quos gentilitia dignitas luculenti reru gestarū titulis; et alteris imaginibus donauit, impressitq; ne eum inde ornamenta tua enumerare contendero, in longissimo temporis preteriti spatio, memoriam Sodiernumq; ingressum tuum, fatigem. Quis enim, aut merito eloqueretur, aut digne conciperet, perpetuam successionem vetustissimi sanguinis in gente tua. pacis publicæ administros, rei militaris celeberrimos heroas, fortissimos duces: ex qbus longe clareq; sese ingerit laudum apparatus, quem plena virtutum familia, ita apte suo ordine concinnauit, vt neq; ad ornatum dignitas, neq; ad maiestatē grauitas, neq; splendor ad immortalitatem deesse videatur. Quorū omniū ego cum mdem vi pauca laudum enitor, et compendiariis exprimere nitis labor: In te vero Optime Præsul, maximū rerū gestarū numerū, satis amplè supra oēm facultatē virtusq; nōstra expressum video. Fateri cogor non eloquentiæ nostræ, sed admirationi expositum, imo ipsa vis tua dicenti (vt inde oriar) animorum nostrorum gubernatrix, ipso Xenophonte vt pote Attica dulcior et fortior est. Marcello gloriosior, qui quod fines patriæ cruenta oppositis latenum hostium extulerat, et firmauerat, et Pannonum barbariam, in Italiam sese infundentem, a iugulis ciuium salutari consilio remouerat, id laudis nihil promeruit, quod gladius libertati Romanæ decerebat. Et Otho magnus quod sese matuum sine ætate, affabilem sine maiestate, sine contemptu graues exhibuerat, mirabilia mundi et publica voce et priuata nuncupat suffragatione est nuncupatus. Dabis veniam Optime quod te et Pastorem, et Patrem eloquentiæ in curia Senatusq; conscriptorum Patrum prædicem. Nam animus ciuium in amorem Regis et patriæ propugnationem vel amore inflammasti, vel rapuisti sententia dicendi, vel operibus impuliti. Pacis enim publicæ studio inueterata magnorū virorum odia prudentissimis consiliis in amorem sæpe commutasti: armatasq; in mutuam cædem dexteras amico benedicentiæ nexu iunxisti. Quid vltra religionē firmasti gregem ad of vestigia antiqui officii, a peruersa viuendi licentia reuocasti, non te vel inanes ruinæ ab officio deterruerunt, vel fauoris potentum aura, a seuera animaduersionis censura, in rebelles publice gerenda dedecet. Atq; ita persecutus es vestigia antecessorū tuorum, immo splendore vicisti, adeo vt cum virtute certares et vincres:

tui semper videndi in hoc tantigio honoris desiderium excitasti, quod tu pro utriusq; libertate reip: gladium libertatis, et in reprimenda licentia, animisq; commutandis mirabilia Regni videreris, plus dicam, ipsorū animorum præsul es Illme, ubi æterni studii, et apprecationū aras, immobiler excitamus, pro victimisq; ipsos animos, et vota accendimus. Tu amicus aris et foris, et nostris annue Illme votis. Dixi.

VII

In tanto tamq; splendido, qua Cathedra totius, qua Provincia et

DIALOGVS.

PVERI IESV, et VIRGINIS MATRIS. Carmen Bottinum.

Puer. Virgo sidereis pulchrior ignibus
Auro fulgidior, lucidior vitro
Rubro gratior astro
Albâ candidior rosâ.

Virgo IESV purpureo clarior Hespero
Luna splendidior, Sole serenior
vernis gratior aruis
Hybernâ nive purior.

Puer. Sic fulget oculis, vt geminus prope
Qui cum lustrat agris fons Helicônijs
classis stare quieto
se miratur in alto

Virgo. Sic luces oculis, vt gemina prope
Lucent, seu fluuio, siue liquentibus
Lotae lacte columbae
Assedere canalibus.

Puer. Ornant ingenua colla tibi comae
Lydis lota velut purpura fontibus,
Sumais aut Galaadi
Declines capreae iugis.

Virgo. Anbit pulchra tuas Cephaïnes genas
Qualis frondiflui palma Dirael comis
dualis eorum in ipsis
Numazii tenebris nitet.

Puer Quisquis Virgo tuas, aspicies genas
Phnis aspicies mala rubentia
Ramis: cetera claudunt
Imo de brea pectore

Virgo. Quisquis Nate tuis se subrit in genis
Pictam despectis artifici manu
Cilissq nisq
Σmiraby[n] iram.

NOE VATICINIUM.

Luxuriam preteriti, et idolatriam futuri seculi deplorat.

Domosa late secula, cum Noe
Σnauigaret, naufraga diceba
Σ puppe prospexisse Regna
Et male iam pelago latentes
Eleuisse terras: Secula, Secula
Libido fedis mersit amoribus
Totoq refluigurgite orbis
Oceano simul omnis bno.

Peccauit igni scilicet impiis
Polluta Regum, limina nuptiis
Spectante frustra Sole patebat
Stare diu; pudor Σeui nefasq

Nascentis aui turpis amor nihil
Inuiolatum liquit: et innocens
Natura desomis nocenti
Supplicium grauis perdit Ou.

Incesta fedi fecimus omnia
Et digna perdi. maroreis ubi
Urbes coronatæ colossis
Aut ubi turrigeræ potentum

Azar

Arces Gygantum; queis modo liberi
Festo choreas, agmine plausimus
Delphines insultant plateis
Et lacuna Spatiosa cete.
Ludunt per aulas, ac Thalamos pigros
Pressêre Phocae: defluit illitu
Aurum lacunari, et resixae
Ad pelagus rebiere gemmae.
Jam ner celsis Sculpta Scientiis
Famosa moles perstat et aureis
Inscripta maionü Sepulchris
Fundibus occubuêre Saxa.
Ingens egestas, et Simul omnium
Jactura rerum, flagitiü dei
Cultus, lubrisq et aris
Heu nimium male sudat orbem
Jam iamq cogit Sacula propius
Nescire Numen, ner Scelerum grave
Pensare permittit Nepotes
Supplicium Simul omne vipae
Habebit, aequor rursus et. incluta
Tellus in Scrbü Surget, et aureus
Tytan inaurabit recenti
Arua die, populisq magnus
Crebescet orbis. non eadé fluet
Aetate, et auro deterius diem
Procudet argentum, ac Sonoro
Belligenum gemet aere tempus.

Tandemq foro Secula currunt
Et, qui malorum Summus apex Dei
oblita, me rerum Parentem
Sacrilego colet igne tellus:
Falsumq Numen (Cpiò pudor!) impio
Karrabor orbi, aeu veteri Chao,
Hac puppe discreuisse, et omnem
Naufragio recreasse mundum.
Mox stare terras, currere flumina
Frondere Sylvas, arua virescere
Iussisse paulatim, et nitentes
Fragibus explicuisse campos
Me bactra, caelum, me Babylon Iouem,
Me Syria Solem, me Pharii Saum
Dicent Assyrii, me bisontem
Ausonia colet ora Ianum.
At, ô potenti qui regis aethera
Et terreq, Sceptro, Deite Pater, Pater
Undaq terraq et trisulcum
In caput Eos iaculare telum.
Tuq dirq iam nunc Aegibus obrue
Cabanis aeui: barbaricis ego
Satus superuiuam, pudenda
Matenis ritibusq Sacris!


Prima pars ætatis dicitur Infantia. Secunda Maiorita. Tertia Iuuentus. Quarta Adolescentia. Quinta virilitas. Sexta Senectus, quæ est occasus vitæ, seu ætas vltimo diurnas. De hac multa præclarè respuit Cicero in lib. de Senect.

ORATIO in Exequiis Defuncti

Petro ait per humani ingenii [illegible] laudabilis quaerere et indagare [illegible] aliud quod vel utilius vel utilius quaerimus, quia quae sit via per quam ad veram felicitatis gloriam perveniri valeamus. Quid autem Apostolus Ioannes dicit. Si in Christo aliud agunt et nolunt qui ad finem sibi a Deo statutum pervenisse, ineas mixie cum et opera ponunt. Quid quae nobis aliud quaerendum quid faciendum, et qui ad hunc finem a Deo facti et ordinati sumus, Si Deo cum optimo, sedulo officio functi sumus. Si vero sine Deo vita re cetera cum adipiscamur, ejus nobis vita inutilis nati erimus, frustra nos auctor fecisse in lucem editos, frustra deinde vivisse sciamus. Illud enim testante Apostolo frustra est quod ad finem sibi praestitum non pervenit. Si quis igitur non ad finem suum pervenire cupit attendat illud Regium D. Pauli Dei nobis praeceptis [illegible] testantis. Inquit ille, Obsecro vos ut digne ambuletis ea vocatione qua vocati estis, Quasi diceret Apostolus. Scitote vos antea in vitio exstentes, nunc Dei misericordia electos ad eminentiorem longe ministerium, Segregatos a omnibus plebis non digna locum. Sed disparilla nostri ut sicut ab illis Segregamini Sancti eminens et distinctus Sit Segregatus enim vita et sanctiori oportet. In vos diu auditi orient sunt, Illis ergo Spem Sanctae vitae observantes, etiam hostibus reverendae exhibete. Dis quippe cari dolendi, sed minus eum qui sunt in sublimi. Porro cum hic munus Sacerdotale exerens, cui non sit aliud quam muneris Apostolici explicare ideam ab eo officii sui magni gradu, Ita ei et meritis correspondeat ut qui ex officio ad vitae fragum Vocati sunt memores digne illud administrando praecipue efficiunt omnibus operibus quae fidei illum testatur faciunt. Et si magna mercede perficient illi qui operi misericordiae Spiritu Sesse impendunt quanto magis Si qui ducatu et numine in Dei vitae alios perducunt, quanto eum Ab eo corpore praestantior, tanto illi mariti et auctius quod Ab impetrabit. Recte vos expressit D. Gregorius. Exit enim

Sic ingt ad Deu tendit, curate ne sibi veniabs, plus ē em Verbi pabulo, ri-
in alteram Adam reficere, qua Theatre montani carnis terreno pane saturan-
Reuelatis multi prænati Doctoris commentaria reperi illa digna notatu et sicuti
Lucas, certe in Eor confessu non effectum pastoris conuersa pauca, Ingt ille Euang. S.
in Lucæ Euang. Nulli ius præiudicium quā a Sacerdotibus fidem Deus gratia eor
quer ad alios correctiua posuit dare de se exempla prauitis cernit gradu ipi peccam
qui peccata aspicere debuimus, Nulla sanct lucra quærimus, ad nostra glie studia
Decanq, terrena concupiscimus, Summa glia intenta mente capimus, eo ipso qua
cateri Imitabi sumus ad quælibet agenda iure licam sumimus, et Susceptor bea-
dictionis ministerium sortimur ad ambitiosi ornamenta, Dei cæs relinquimus, ad terrena
negotia incamus, loca sanctitas accipimus, et terreis actib. implicamur. Hæc ille.
Laudam sane D. Gregorii admonitio, qua vtina efficaci arcana cordis penetret, vt vi-
tiorum latentē sanie expungat et educat vt ita eruti et edocti sanemur.
Quia ergo nullo effectiue regni Sacerdotū et mine Pastor Vita, idcirco multi
Sui pro angebatq Eor tanto insigniri honore, quinimo multi detrectant Sacerdotium
indignos se illo iudicantes. Reuoluant Fratres vra Historias et Vitas Sanct
quas potebit diligenti legenti. Sancti Antonius, Pachomio, Benedicto nullo modo
a quoquā persuaderi potuisse, vt tanta effectionis culmen conscenderent. Posteriori
memoratus Indidit in Suo Mystico D. Bonauentura, S. Francisci de Sacerdotio meditatur-
dū de Angelo, Rotulū crystallinū in manu tenente Eius Vox allocutū fuisse Tua
Te decet animā illig qui Sacerdotio initiari desident, instar Suig crystalli effulgere
et eam puritte nitere = Cum Sermone terrarij in Dimonarij ordine permanse-
Multi Pp Sancti et abate quæsti Vivi Eremitæ monasteria deseuere ne ad Sacer-
dotiū promoueretur, Alii Vo in aut illud quæsti vel aut Episcopi in remotas
terras abierunt, vt fecisse legitur Dionysius Silentiarij et Fabius S. Mauri
Pp Eremita diu absedisse sibi politice ne fieret Sacerdos, et S. Ammonius auer-

Sor. cuncta Deus deponite, quia digni non e. vt impleamini Deus. Alexandr. 3d
præcepit reliquit excepto Maximiliano. Rotomagi Rex indicit Synod. in Cenom.
Sacerdotes Obij præsumebat honore, & cui cum quempiam haberet mensa sua
instituta, non prius ad mensa sederet qui Sacerdotio in altari loco qui sæpius
illucescit. Sed quid opus exempli, transeamus ad Ecclesiast. Referat
Sententia Gregorij Papæ ad Mauricium Imperatore epistola Quæ vita de...
Sacerdotali. missæ. Quid mihi si prius non dignetur eos honorare, qb. Deus in
Sacerdotes quos conspicit tribuens, eos aut Angelos, aut Deos etiam ipse appellat Deos,
Sed quid amplius qd Sacerdotes Christi Venerandi Epis, cui et unde. Innocat vbi Augustinus
Leporius Mutilei 23 gravissimi Dei inventores omni Scitor et Planissimi Ore cujus Astrologus
et Planissimi Hypocrita geniculum Imperandi, de Sacerdotio, nullo Sacerdotio nullo
in Mor maledictio, quæ Christi redemptor inventus D. Hieronymus in epla ad Nepotian
sic ait Apostol cujus vt de Clericis quidem Sacristis legunt, qui Apostolos gradum sui
cedentes. Corpus Christi Sacerdotes qui Sacerdotes [redacted] tenentes, nec de
indicii gdammodo indicant, et Spiritu Dei cuncta putant observandi. Omitto S. Ory-
sostomi, dicens qui de officio Sacerdotio liber edidere, et illius officium clerici de la
vacant et Sacerdotali animis impenderent quos nil commune. Sed Domino plenius in singulos
me (Et pote Angelos tenentes Sedi terra, Luce mundi, lucernas Super candelabrum
pastor, dispensatores mysteriorum Dei, mediatores inter Deum et Homines cubicularios Christi, Epos
populi. Imperator Dei de Ep appellantur et amicus Christi et Sanctitate pudicos ei debere
inculcant libros Divinos conservandos. In lege Veteri Sacerdotii semper et
et magno Ephebi honore, primo. et apud Gentiles: Hinc sunt testimonia eccle
Divina Sacra Scripta, et potest Exodus et libri Numerum legantur. Idcirco
in lege Veteri Sanctitate non habuerunt inter cetera Judaeos sed Dei vos Sanctos
eos. In Novo autem ex redditis Ecclesiæ, vel aliis pie Mentis Actis inducimus, Deos
Christi dicto quia in Sede Dei vocati, vel quia pars Dei sumus, ideo singulari gratia
Sancti Spiritus ad hunc gradum Dei ascendimus. Hinc recte B. Gelasius Papa



INSTITVTIO DIALECTICA, SEV RVDIMENTORVM LOGICORVM PRÆCEPTA.

PROOEMIVM.

E amplissimo eloquentiæ campo, in porticus Peripateticorum descendimus, et axe-
nam in aream mutamus. Non procul recedimus, nec longo a nobis spatio distamus,
quia iure affinitatis et nodis quibusdam arcanis dicendi, Rhetoricæ cum Dialectica vni-
mur, vno claudimur ore, quo et copiosam et exilem fundimus Orationem. Vna re-
nemur manu, quam nunc in palmam explicamus, nunc in pugnum contrahimus. Vnq;
et cor, et os, et lingua, manusq; sumus. Si Rhetoricam et Dialecticam in Gyrem, aut
pro patria stringimus, manu gladium, et ore linguam, (quæ gladius est) vibramus. Sapi-
entia æterna quæ magnificum excelsumq; Ecclesiæ palatium septem superposuit columnis,
atq; illis paradisum felicitatis clausit, et munivit. in vestibulo, limineq; paradisi et
palatii proprii, non alio armatos ferro Cherubinos collocauit, quam qui Dialectica Rhe-
toricaq;, vt potè gladio ancipiti, hostium impetus frangerent, et retardarent. Nam Dia-
lecticam Rhetoricamq; gladium ẽe ancipitem quis neget! cum illa duo eloquentiæ
lumina Tullius Romanus, ac Tullius Christianus (illo nomine cum D. Hieronymo, La-
ctantium) Dialecticam gladii nomine significandam voluerint. Dialectica et vul-
nerat hostem, et seruat amicum: Incidit commata, et in ipsis vulnerũ lunis, medias
formatnotas: punctumq; in periodis Rhetoricis, et argutiũ Dialecticis, ad vrgendum

PARS I.

Non est mentis nostræ tractare hoc loco Dialecticam, aut compendium Dialectica vel Logica, tum quod Dialectica et Logica quamuis mãterialiter videlicet quoad nomen, seu literas differant inter se, non tamen quoad substantiam rei, eiusq; significationem quidquam diuersi habent. Quare hoc temporis spatio, tractare Dialectiõ est in alienam messem falcem immittere. Cum proxima nobis capienda sit, vt elegãter Epictetus inquit. In vita vt in conuiuio agendum est, quod ad te circumferendo peruenit, ex eo partem modeste capito. Praeterit: ne detine; nondũ adsis ne longius appetitum extendito, sed expecta, dum ad te peruenerit.
Cui vero dubium eẽ potest, idem eẽ Dialecticam et Logicam bene deductionem rei cum penetranti, et naturas illarum expendenti! Nam si Dialecticam Logica nõ velis intelligi, et Logicam Dialectica vocabulo inscribi, non aberrabis, eum et ab vno nomine Graeco Logos, quod significat, sermonẽ et rãonẽ deducantur, et Graecum dialegesthe non tantum disserere, seu probabiliter disputare, sed praeterea significat sermone vti, argumentari, deniq; ignotum ex notis patefacere, siue id probabiliter aut necessario argumentando, siue definiendo, vel diuidendo. Id confirmo ex 2ẽ Metaphysicæ Petri Honsecæ cap. 3. q. I. s. 2. Quod si nostrum fidem concedis, consule lexicon Graecum, qui Graecam non intelligis. Praeter hanc deductionem nominũ manifestũ nuper cum explicaremus Rhetoricã Aristotelis didicimus ex 1mo Rhetor. cap. 1ō. Quod Dialectica nõne, tota etiã Logica ars intelligatur, cum dicit de quolibet syllogismo Dialecticam vel vniuersam, vel partem eius considerare. Vnde optime inferes, per Dialecticam probabiliter disputantem, et circa contraria occupatam, intelligit Dialecticam topicam, non Dialecticam abstractam a Dialectica considerante quemlibet syllogismum. Ex hoc genere solutionis, sequitur alia, cur videlicet Aristoteles syllogismũ demonstra-

tiuũ

tium distinguat a Dialectico! quod videlicet li Dialecticum non accipiat deductum a Dialectica, etiam vltra topicam extensa, sed a Dialectica sumpta prout topica. Itaq; his adeoq; iustis rationibus inducti, nomen rudimentorum vel institutionis seu præceptorum, libro et labori inscripsimus: Non Dialecticam, quæ est ars disserendi. Hoc enim loco et tempore fundamenta artis disserendi, seu prima necessaria intellectu, principia præmittemus.

PRIMÆ PARTIS

SECTIO I.

De prima operatione intellectus.

De obiecto Dialecticæ, quod idem est atq; Logicæ, videlicet Oratio Logica completa perfecta nihil dicimus: cum de eo nullum campum sors nobis dederit, vt pote occupatis circa rudimenta. Tres vero numeramus operationes intellectus. Tã, 2. et 3ã. de quarum 1ma

QVÆSTIO I.

Quæ sint Nomina primæ Operationis Intellectus.

Prima operatio intellectus dicitur hoc ipso nomine prima, quod reliquas duas antecedat. Nam numerus iste prima, 2. 3. non habet locum præterquam in iis quæ vlteriorem habent progressum numeri: Itaq; omnia ea quæ desinunt in ẽ numero dicuntur, aut altenẽ et alterum, aut prius et alterum: vel vnum et alterum:

Dico 1. Primã operãonẽ ẽ apprehensionem, simplicẽ notitiam. Ratio est, quia prima operatio est expers omnis compositionis atq; diuisionis. Neq; enim prima operatione e. g. cumulos lapidum ligamus aut diuidimus, sicut nec oculus videns aliquem ligari aut solui, ligat vel soluit.

Dico 2. Primã operationem absolutè et peculiariter dici apprehensionem.

Eosdem ostendit — Vnde maiora fiant vulnera, quando subtiliora sae
defigit argumentorum, illa sententiarum puncta. Verum his maior ex diuinis oracu-
lis accedit Authoritas. Scimus probè omnes Aaronem non solum eloquendi facultate
praditum fuisse, sed etiam disserendi subtilitate acutum. Plane vtroq; præsidio indi-
gebat, vt recte apud Pharaonem sua legatione fungeretur. Nam ad beneuolentiam
superbi Regis promerendam; facundia opus erat: ad superandam tergiuersantis ty-
ranni contumaciam, Dialectica. Quare facundus plane fuit ad eloquendum, sub-
tilis ad disputandum. Hoc illud est quod a Deo significatur Moysen allo-
quentem. Ipse inquit erit os tuum. Nempè pro te Rhetorica atq; Dialectica
munera, apud Pharaonem exercebit. Erit os tuum. Adeuc planius. Erit tibi pro arte
disserendi, vt in qua facultate claudicas, in eadem a fratre instaureris. Verum si
Hebræos codices consulimus, ex his eliciemus sensum alium non inconcinnè. Ipse in-
quit erit gladius tuus. En Dialectica cum Dial gladio comparatio: en veritas: en affi-
nitas, vt nemo [illegible]tam succenseat, si Dialecticã sub gladii typo, velim ẽe laudatã
Gladium appello Dialecticam, qui separat naturas et aperit fraudes rerum: qui intimo
penetrat in medullas, qui fabre dolatos cauillantium Sophistarum dolos vno ictu pre-
scindit, quo si Sapiens dexterè expediteq; vtatur, premi potest aliquando, oppri-
mi vero nunquam: quem tamen si abiiciat, quanta vis Sapientia fulciatur, vnica adue
sariorum petitione, miserabiliter collidetur. Hic est gladius meliori lauro quam
olim magni Alexandri digniet, qui non Gordios, sed abstrusos rationis dissoluit nodos.
Hinc duo illa viperea capita, Mahometus et Julianus, gladium, vt aperto fidem fra-
te oppugnarent, eliminare et extrudere manibus Catholicorum conati sunt. Atq; vt olim
in Hebræos Philistini perniciem excogitarunt, cum vt omnes ab vrbe gladii remo-
uerentur, decreto cauerunt, ne in vrbe fabricarentur: sic isti Dialecticam et ẽam
veritatis formam ex sana ratione profectam, proscripserunt. Verum si ẽo gladius
Dialectica inquam vel habesset, vel retunditur, vel a Christianorum manibus extra-
ditur. Boni Superi! qua harẽsum colluuies, quæ errorũ phalanx, quæ vbique
ruina c

rum caterua, ad paradisi huius seu Ecclesiæ munitiones conuellendas, velut agmine facto conspirabunt. Dialectica gladius anceps est, qui vt in vtramuis manum iactatur non inuenuste, sic illa, ad vtramuis Scientiam seu Diuinam Theologiam, seu humani iuris peritiam excolendam, quam aptissime adhibetur. Ideoq; virinq; iuris primipili quantam in hac gladiatoria arte operam et industriã collocarint! manifestum est, cum et Gratianus Pontificii metator iuris, et Vlpianus Cæsarei fundator peritissimi, Dialectica in palæstra, diligenter et grauiter insudarint. Platonis forte iudicio excitati, cuius illud fuit de hac re decretum: accessum ad ciuiles artes intercludendum eẽ illis omnibus, qui de arte Dialectica, nihil antea prælibassent. Igitur quo vos quo aut insani, aut pueri ad iuris Scientiam, et patriæ leges inermes pergitis! Vix formare linguam in literas, et verba extrudere, ab ore edoiti, in lites et contentionum furias furia confertis. Martem Martem inter lites Spiratis, sed sine armis. Marte ventosũ in lingua sine gladio, inani Spiritu, in auram cum anima pæne efflatis. Verum vbi aquius Ciceronis minas, quam hoc loco repetam. Cedat forum castris, otium militiæ, stylus gladio. Quare ad vos mea se N.A. conuertit peroratio. Ludum vobis hodierno die gladiatorium aperio. In quo contra legem prohibentem arma minime peccabimus, cum teste Aristotele, ille solum peccans sit, qui male syllogissat. Et ipsum Angelum pacis VERBVM in hac eloquentiæ acie Ducem habeamus, ingeminans illud, Non veni pacem mittere, sed gladium. Ad arma itaq; accedimus, eodem VERBO diuino nos accendente, quod manus nostras docebit ad prælium, et digitos ad bellum. Dixi. 16.44. Iunii 14. die festo Magni Doctoris Ecclesiæ Orientalis, Diui Basilii.

INSTITVTIONIS DIALECTICÆ

Pars 1ma

Quo ad primū patet, quia propriū intellectus est, vt veluti prædo rapiat quidquid occurrerit, voluntatis enim actio singularis esse videtur, vt sit et maneat extra animam, magis in amato quietura, quam cum eo reuersura. Anima enim magis est vbi amat quam vbi animat. Quo ad 2ū pbatur. Quia is potissime rapit et apprehendit, qui id primo facit, non qui capto apprehensoue manus deinde suas iniicit, vt canis dicitur leporem cepisse, qui primus est assecutus, non qui primo fugienti suppetias tulit, nisi forte primus cum tenere solus non posset, in partem laudis alterē admisent.

Dico 3. Primā operatēē posse appellari nomine apprehensionis, et conceptus formalis, ita vt intelligatur tantum ēē conceptus formalis sine affirmatione, sine negatione &c. eo quod alia operationes possint eadem denominatione gaudere, sed non adeo specialiter.

Dico 4. Appellari primā operatēē verbū mentis, Mens enim est velut is qui loquitur, et velut os quod loquitur. Vnde partim verba, partim enuntiationes, et sermones interiores funduntur. Aliis operationibus enuntiationes, illationes, prima operatiōi verba conueniunt.

Vocatur preterea operatio prima species expressa, idolum, simulacrum, ideal. quia per eam exprimuntur intellectui res, de quibus cogitatur. Est enim meus velut speller qui suo vsui venatur species et formas rerum in se ipso, a se ipso effingendas, ita vt secundū Philosophum fiat omnia intelligendo.

Alia vocabula īō operationis, vt prima et 2. intentio, directa et reflexa cognitio &c. non tam debent dici nomina primæ operationis, quam eius quamundā partium, seu quarundam primarū operationū. Non enim qualibet prima operatio est subiectum et prædicatum, prima et 2 intentio &c. Sed aliqua subiectum, aliqua prædicatum, aliqua prima intentio &c.

Dico 5. Primam operatōnē dici terminum, quod vel terminet propositionem actu, vel possit terminare.

Quæstio 2.

QVÆSTIO II.

Quid terminus Dialecticus, seu prima operatio sit?

Triplex est acceptio termini, prima Grammatica, quæ sumitur pro qualibet dictione, vt cum dicimus propositiones aliquas ita notas eë, vt ad assentiendũ illis vnica terminorũ apprehensione opus sit. 2. pro limite cuiusq rei vt in Sacra Scriptura de aquis maris habemus. Terminũ posuisti quem non transgredientur, neq conuertentur operire terram. Et mortem antiqui terminũ vocabãt in qua nunc Deorum constituebant, cum illa epigraphe, concedo nulli. 3ã. ẽ pro limitibus propositionis aut actualibus aut potentialibus, quæ acceptio est trium strictissima.

DICO 1. Malã eë definitionẽ termini. Terminus est id in quod resoluitur propositio, tanquã in subiectũ et predicatum, addito verbo est, vel non est. Quia sic definire terminum, non est essentiam eius describere, sed enumerare, vel indicare quinam sint termini.

DICO 2. Optime definiri terminũ hoc modo. Terminus est id, in quod resoluitur propositio. Probatur. Quia ly, id est per modum generis in quo tacite includitur terminus, seu extremum. Reliquum vero habet se per modum differentiæ in definitione termini. Nec plus definitioni termini addi debet, eo quod post hæc verba [in quod resoluitur propositio] debeat eë interpunctio iusta separans sufficienter sequentẽ dictionẽ a precedente, tum deinde particulæ vt vel illi aliqua alia æquivalens non pro conditione requisita ad terminum, sed pro signo indicante secuturam explicationẽ et numerationem terminorum subsequatur.

DICO 3. Terminum qui definitur, non dicere ex se actualitatem terminationis, aut potentialitatem, sed eë indifferentem ad hoc vel illud. quia v. g. cum dicitur, homo est animal rationale. Animal nec existere concipitur, neq non existere.

Obiicies, omne illud quod ex vi impositionis significat exercitium aliquod

illud Scãt actualitatem, aut potentialitatem, sed terminus ex vi impositionis Scãt exercitium aliquod. Ergo Scãt actualitatem aut potentialitatem. Probatur minor, terminus significat terminationem, mediũ mediationem &c. Ergo Scãt actualitatem, aut potentialitatem. Respondeo. distinguendo maiorem. Omne illud, quod ex vi impositionis Scãt exercitium aliquod, illud significat actualitatem, aut potentialitatem, abstractum ab exercitio. Concedo maiorẽ, Scãt omnino exercitã. Nego maiorẽ; Sed terminus ex vi impositionis Scãt exercitium, vt terminus terminaõnẽ, mediũ mediaõnẽ &c. Concedo minorem. Ergo Scãt actualitatem aut potentialitatem, distinguo Conseq: Scãt actualitatem aut potentialitatẽ abstractam ab exercitio, concedo conseq., Scãt terminus actualitatẽ, aut potentialitatẽ omnino exercitam, seu exercendam. Nego conseq.

Eadem distinctio subiecto maioris, et predicato minoris, optime applicari potest videlicet quod terminus ex vi impositionis significet, exercitium aliquod, vt aut abstractum ab exercitio, aut exercitum omnino exercitum, negatur.

Ad quod clarius intelligendum, suppono communem doctrinam de actualitate. Dupliciter videlicet actualitatem posse sumi. Exercitam scilicet et abstractam ab exercitio. Ipsam enim actualitatem potest apprehendere intellectus, et tanquam futuram, et tanquam prãteritam, et tanquam presentem. V.C. Petrus Pauli existentiam considerare potest, vel prout est, vel prout erit, vel prout fuit: Quibusmodi apprehensa a Petro Pauli actualitas, apprehenditur exercita, hoc est in aliqua temporis differentia posita. Cum igitur tot sint potentiæ actualitatis considerabiles, poterit actualitas generice apprehendi, sine his particularibus actualitatibus. Atq; ita erit actualitas indifferens, seu abstracta ab exercitio et actualitate eo enim ipso quod inferiora plura sunt, potest ratio communis ab illis abstrahi. Perinde autem ac extremi in definitione positi, terminiq; positi definitione actualitas ita concipi poterit, vt neq; ante exercita, neq; post exercenda, neq; post exercenda, neq; in exercitio actuali consistens clare cognoscatur, sed apprehendatur in communi actualitas a differentiis particularium actualitatum præcisa.

Quia vero non est possibile apprehendere actualitatẽ nisi concipiatur, exercitum cuius saltem possibile; ideo dico potentialitatem actualitatem dupliciter sumi.

I. pa

1. pro actualitate, quæ possit actualiter exerceri post hac. 2. pro actualitate, quæ vel potuerit exerceri antea, vel possit exerceri pro nunc, vel possit postea exerceri. Si de priori potentiali actualitate sit sermo, abstrahit ab eo extremum, et terminus vt Pater in responsione allata de actualitate exercita. Si de 2a verum est quod non abstrahit extremum, et terminus a tali potentiali actualitate. Nam actualitas dicit non repugnantiam ad aliquod esse. Hæc aut non repugnantia ad aliquod ee, requit aliter explicari, quam quod res aliqua vel potuerit antea actuari, vel possit nunc actuari, vel possit postea actuari.

Ex his colligo 1. Posse non male primam operationem definiri, per conceptum mentis internum, quo obiectum aliquod, simpliciter intellectui representatur. Hæc vero simplicitas in eo consistit, quod prima operatio ee debeat absq; determinata negatione, vel affirmatione, compositione, et diuisione.

Collige 2. Duos in omni propositione terminos reperiri, Subiectum videlicet, et Prædicatum. Subiectum est id, de quo aliquid affirmatur vel negatur. Prædicatu est id, quod de aliquo negatur vel affirmatur, vt in hac propositione. Homo est animal. li homo est subiectum, li animal est prædicatu. Quia de hoc dicitur, seu prædicatur. Et rao nominu hinc manifesta est. Quia subiectum est veluti quædam præexistens materia, quæ subiicitur prædicato tanquã formæ.

Collige 3. Præter Subiectu et Prædicatu requiri in propositione verbu seu copulam siue vnione nectentem subiectum cum prædicato. vt in hac propositione. Petrus est homo. li Petrus est subiectum, li est, verbum est copulans, li homo est prædicatum, ex quibus Petrus habet se per modum materiæ, et homo per modu formæ. Propositio vero tot, et omnis alia illi similis, vt v.c. Petrus currit resoluit propositionē æquivalentē illi. Petrus est currens. vbi li Petrus habetur pro subiecto, currit pro prædicato, in quo copula latet.

Collige 4. Verbum nectens non ee terminum, quia non est extremum. Certu enim est, quod in copulam nulla fiat resolutio. Nam id in quod fieri debet resolutio, solet post resolutionē manere. Vtu aut post resolutionem non manet, quia sicut per positionem illius fit terminoru compositio, sic per destructionem eiusdem, compositi Dialectici corruptio. Cum propositionis resolutio non fiat mera separatione omnium, quæ

reperiuntur in ipsa, sed desitione affirmationis vel negationis interpositione, siue vt aliter dicam, verbi nectentis defectu.

QVÆSTIO III.

Quotuplex sit terminus.

DICO I. Impropriè diuidi terminum, in mentalem, vocalem, et scriptum, tum quia hæc diuisio nimium materialis est: tum quia ipse terminus mentalis, solus verè est terminus, quia verè est prima operatio, quæ apprehensio est.

DICO II. Mentalē terminū diuidi in vltimatum, et non vltimatum. Vltimatus est, qui pertingit vltimam obiecti rāonē. vt v.g. Si audiat quis buccina, et cognoscat receptū cani. Non vltimatus est, qui non pertingit vltimā obiecti rāonē, vt si audiat quis bucinam, ad quem tamen finē canatur minime percipiat.

Mentalis terminus.

DICO III. Mentalem terminum diuidi in directum et reflexum, quoniā directus est ad rem secundum rationem conueniētē illi independenter ab intellectu, vt homo animal, lapis &. Reflexus est, qui terminatur ad rem, secundum eā rationem, quā illi a mea cognitione priori recessit, vt si dicam hūem ēe speciem, animal ēe genus, rationale ēe differentiam. His proxime accedit, termini primæ et secundæ intentionis; nam primæ intentionis termini sunt, qui significant res secundū essentias a parte rei, conuenientes ipsis, vt homo, lapis &. Secundæ intentionis sunt, qui significant res vt afficiuntur aliqua denominatione, a cognitione. v.g. Speciei, generis, differentiæ &. Verum ea definitio termini secundæ intentionis, propter difficultates quas trahit secum non placet, sed potius Logicorum examini est remittenda.

DICO IV. Terminū diuidi in communem et singularem. Communis est qui conuenit pluribus. Hic diuiditur in collectiuū et vniuersalem. Collectiuus est, qui pluribus non nisi collectiuè sumptis potest conuenire. vt Collegium, exercitus.

Vniuersalis terminus est, qui ita conuenit pluribus, vt de eorū singulis separatim etiā acceptis possit praedicari. vt. v.g. Animal et homo non tantum collectionem animalium hominumue significant, sed etiam possunt cuiuis in particulari hōi vt Petro, Paulo &. applicare.

Idem terminus vniuersalis diuiditur in tri-

transcendentem, et non transcendentē. Transcendens est, qui nullis claudit limitibus, sed omnibus ac singulis rebus attribui potest, vsq; adeò vt quidquid in aliqua re conceperis, in eo ratiōnē transcendentalē reperias. Cuiusmodi transcendentales voces, numerantur. 6. Res, Ens, Vnum, Bonū, Aliquid, Verum. Exprimuntur voce Rerum, et Res quidem significat ratam et firmam essentiā cuiusq; Ens denotat aptitudinē, quam habet ad existendum. Vnum, vnitatē seu indiuisionē in plura. Bonum, perfectionē propter quam res amabilis est. Aliquid, vel distinctionē ab alijs, quasi dicas aliud quid, aut fortè negationem nihili. Verum, vel fundationem veræ cognitionis, vel negationem fictionis et apparentiæ, seu proprietatē natā, quæ ex passionibus et effectibus colligitur.

Terminus non transcendens ille est, qui non penetrat omnes conceptus Entis, aut in omni, aut in aliquo genere. vt Substantia, Accidens.

Termini vniuersales 5 differentias habent, nam primo est genus quod de pluribus Speciebus in quid prædicatur. vt animal est genus, quia de homine, boue, asino, et alijs diuersis Speciebus prædicatur, idq; in quid. Secundo est Species, quæ de pluribus indiuiduis numero solo discrepantibus dicitur similiter in quid. Talis terminus est hic homo, nam per illum ad interrogationem, quid sit Petrus, Paulus &. bene respondetur. Tertio differentia quæ prædicatur de pluribus, siue Specie, siue solo numero differentibus in quale quid, seu in quale ad intimam et primam rei pertinens quiditatem, vt sensitiuum de homine, equo, asino &. Rationale de Petro, Paulo, Casimiro &. Quarto proprium dictum inde, quod soli Speciei et semper, omnibusq; indiuiduis intra Speciem contentis conueniat. Potest describi ēē id quod prædicatur de pluribus vt proprietas, seu in quale necessariō et conuertibile, fluens ab intima rei essentia. Sicut risibile de Petro, Paulo &. Quinto accidens, quod cum possit adesse vel abesse sine subiecti corruptione, prædicatur in quale contingens.

Dico V. Terminū communē seu vniuersalem diuidi in æquiuocum, vniuocum, seu Analogum. Æquiuocus est, qui significat plura sub eodem nomine, sed non dicit conceptum seu rationem illis communem. vt Gallus, significat Gallū hominē, et gallum gallinaceum. Item canis significat terrestrem et marinum, et cœlestem. Cum tamen ambo galli in ratione galli, et triplices illi canes in ratione canis non habeant

naturam communem.

Vniuoce Significat plura, quatenus in vna natura, per nomen Significata conueniunt, vt homo animal.

Analogus est, qui Significat diuersa quidem, habentia tamen inter se aliquã habitudinem, vel per modum ordinis et dependentiæ, vel per modum similitudinis. vt sanũ dicitur de ẽne habente sanitatem, et de cibo conseruante, et de colore indicante eandem sanitatem. Ridere dicitur et de ẽne ridente, et per metaphoram, de prato florente.

QVÆSTIO IV.

Quotuplex sit terminus singularis?

DICO I. Terminum singularẽ ẽ qui competit vni, vel multis simul sumptis.

DICO 2. Terminum singularẽ diuidi in collectiuum qui plura Significat per modum vnius vt ciuitas, classis &. Hinc patet differentia inter collectiuum, in quem vniuersalis terminus, et inter collectiuum, in quem singularis terminus subdiuiditur. Quod ille Significet vnum, per modum plurium, hic vero plura per modum vnius.

Terminus singularis diuiditur in terminum determinatum, qui conuenit vni determinato, vt Petrus. Determinatus vero, diuiditur in determinatum, aut singularem ex suppositione, et in indeterminatum, seu vagum. Determinatus ex suppositione dicitur, qui licet possit ex se pluribus conuenire, facta tamen aliqua suppositione, vni tantũ conuenit, vt Nicomachi filius Aristoteli, supposito quod Nicomachus vnicum habuerit. Indeterminatus seu vagus, qui et confusus alio nomine appellatur, ẽst qui facit vnum non determinando quid nam sit. vt cum pronuntiamus, quidam homo.

DICO III. Diuidi præterea terminum singularem, in complexum et incomplexum. Complexus est qui habet partes per se significatiuas, retinentes eandem significationem in diuisione sine verbo, vt homo iustus.

Complexi termini conditiones 4. numerantur. 1. vt sit quoddam totum. Quod enim habet partes debet ẽ totum, et habere aliquam partium vnionem, quam

homo, leo, lupus &. neq est totum, neq complexus terminus, quia in eis nulla
ostenditur unio vocum. 2 conditio est, Significatio partiu per quã excluduntur in-
complexi termini habentes syllabas pro partibus nihil significantes. 3 est, vt non alia
sit partium significatio, in toto, et alia extra totum, qualis conditio non est in verbis
vt armamentum, dominus &. 4. ne adsit verbum nectens partes terminí complexi, ita
vt ex illis faciat ꝓpositionẽ. Iam enim alias non terminus, sed pronuntiatio fiet.

Incomplexus terminus est cuius partes per se non sunt significatiuæ, vt homo, quan-
do autem dicuntur partes per se non eẽ significatiuæ, intelligitur de significatione alia
unius, et alia alterius partis. Nam si rem eandem multa verba significent, sub eadẽ
ratione verbo tantum et speciẽ tenus erit complexus terminus, re autem vera incom
plexus. Sic M. T. Cicero est terminus incomplexus, quia partes rem eandem subeadẽ
ratione significant.

DICO IV. Terminũ singularẽ, aliũ eẽ positiuũ, alium negatiuum. Positiuus est
qui rem significat siue veram vt homo, siue fictam vt hircocervus.
Negatiuus duplex est, alter qui significat negationem. Et sic duplex priuatiuus nem-
pe, quando denotat notationem formæ, cum indicatione aptitudinis subiecti, vt caecus,
caecitas &. vel purè negatiuus, qui denotat absentiam formæ non innuendo capaci-
tem subiecti, vt non videns. qui terminus, non videns seruit etiam lapidi, cum tamen
eẽ caecum illi minime quadret.

Quidam negatiuo termino subiiciunt infinitatem, sed non rectè: licet enim negati-
uus infinitans sit exclusiuus alicuius determinatè, aliorum autem non exclusiuus, tamen
cum videatur negare, non est eius totum significatum negatio, cum enim dico homo
est non lapis. Non illud fit vt solum ab homine excludatur lapis, sed significatur,
eẽ hominem quiddam indeterminate aliud à lapide. quare melius

DICO V. Terminũ singularẽ diuidi in finitum, et in infinitum. vt finitus dicatur
qui rem certam determinatamq significet, vt P. C. homo, lapis &. Infinitus seu infi-
nitans, qui determinatè solum significet illam rem, quam quasi excludit, alia vero
omnia indeterminate, vt non homo currit, vel homo est non equus. Dicitur porro
terminus eiusmodi infinitus, aut infinitans, quia suppositionem termini ampliat ferè

in infinitum.

QVÆSTIO IV.

Quotuplex sit terminus singularis per se, et cum alio significatiuus.

DICO 1. Diuidi preterea terminum singularem, in categorematicum, et sincategorematicum. Categorematicus terminus est, qui per se significat, et per se predicabilis est. Categoria enim predicationem sonat. Sincategorematicus est, qui cum alio est significatiuus, et compredicatiuus. Vnde bene categorematici termini dicuntur sola nomina substantiua, quæ perfecte sine alterius ope et connotatione, prædicari queunt. Sincategorematici autem omnia adiectiua. Possunt enim omnia adiectiua etiam illa ipsa uniuersalitatē aut numerum significant in ppositione poni tanquam predicatum, vt patet in his ppositionibus, Homo confusè cognitus, est aliquid, Deus et creaturæ sunt omnia. Mistus terminus qui et categorema significet, et sincategorema, vt nemo, id est, nullus homo, melius referetur ad sincategorematicū terminum: sicut et casus obliqui nominū etiam substantiuorū bene ad eundem referentur terminum.

DICO II. Terminum singularem diuidi in absolutum et connotatiuum. Absolutus est, qui significat aliquid per modum per se stantis, eiusmodiq; ē nomen substantiuum. Connotatiuus est qui significat, per modū adiacentis, eiusmodiq; ē nomen adiectiuum. Datur definitio absoluti termini, quia ly absolutus prius libertatē quandam, a nexu et vinculo dicit, ex qua deinde absolutione fluit esse quoddā perfectum, seu perfectio termini absoluti. Rectius igitur sic definitur terminus absolutus, quam si dicatur, esse terminus se solo perfecte significatiuus.

Item pbatr definitio Connotatiui, quia in eo prius est concipere significationē termini vnius cum notatione alterius: Deinde vero imperfectio ex hac alterius notatione arguitur. Vnde optima illius est definitio data, quam detur ab aliis asserentibus connotatiuū terminū ē, qui se solo non perfectè significet, sed alium respiciat, cum quo significationem perficit. Connotatiuus enim terminus non per modū absoluti

in

quomodocunq; existentis, sed vt est cum altero adiacente intelligitur. vt D.C. filium est connotatiuū. Significat enim subiectum D.C. ideo non vt absolutè homo existit in se, sed prout dicit adhærentem sibi albedinem, proinde per modū adiacentis.

Dices sequitur ex hac descriptione quod homo non sit terminus absolutus. Non enim homo significat rē vt per se stantem, sed vt existentem in supposito. Rndeō negando hominē non eē terminum absolutum, cum homo gaudeat priuilegio substantiuorū nominū. Tum non inde sequitur non debere eē eum absolutū, quod significet rem existentē in supposito. Cum aliud sit significare quidpiam quod re ipsa adiacet aut inexistit alteri, a. Aliud significare tanquam adiacentē rem aliquam seu per modū adiacentis. Esto igitur homo aliquid significet in alio existens, non tamen significat illud per modū adiacentis. Ex his

Collige Connotatiuū Jumi bifariam, vt quædam sint connotatiua Logicè, seu Grammaticè, quædam connotatiua Physicè seu realiter. Physicè sunt, quæ notant aliquid secum, sicut Pater filium, filius patrem, siue vt subiectum, vt sunt accidentia: siue vt compartem, vt sunt materia et forma. Et hæc notant substantiæ. Connotatiua Logicè seu Grammaticè sunt nomina quæ non habent completam significationē nisi vel predicentur de alio, vel alicui affingantur, in quo genere sola adiectiua comprehenduntur.

Dico III. Diuidi terminū singularem, in concretum et abstractum. Concretus est, qui significat aggregatum ex subiecto et forma. vt album. Vnde concretus terminus compositum habet significandi modum. Abstractus terminus est, qui significat rem seu formam separatam a subiecto: vt albedo. Vnde simplicē habet modū significandi. v.c. qualitatem dictam non dicendo eam adhærere subiecto. Ex his collige non omnem terminum concretum posse eē connotatiuum, licet omnis connotatiuus sit concretus.

Præter has diuisiones terminorū, dicuntur alii impertinentes, alii pertinentes. Impertinentes sunt, qui cum nullam certam repugnantiam habeant inter se, aut connexionem, possunt vel ambo, vel vnus sine alio conuenire eidem rei, vnde neq; se inferunt, neq; tollunt, vt diues et sapiens. Pertinentes sunt qui se inferunt vel tollunt in bona consequentia. Et hi duplices sunt. Pertinentes repugnantia, et pertinentes

sequella. Pertinentes repugnantia primo sunt disparati, qui videlicet significant diuersas naturas seu formas incompossibiles, vt canis et asinus, rudere et latrare. Secundo contrarii, et ei in duplici differentia. Alii enim sunt contrarii Logicè, qui videlicet faciunt propositiones contrarias Logicè, vt omnis, nullus: vnde propositiones contrariè fiunt Logicè, vt omnis homo currit, nullus homo currit. Alii contrarii Physicè, qui notant formas Physicè contrarias mutuo se a subiecto pellentes, vt album, nigrum, calor, frigus, &.

Pertinentes sequela. alii se habent vt superius et inferius, vt animal et homo. Si vero ita sunt connexi, vt vbicunq; fuerit inferius necesse sit, inueniri et superius, non contra. Alii se habent vt aquales, proinde inter se conuertuntur, vt homo, et risibile. animal et sensitiuum.

QVÆSTIO VI.

An detur terminus significatiuus, et non significatiuus.

DICO I. Nihil dubii esse de termino significatiuo. quia diuisiones termini supra positis supponunt in omnibus omnium diuisionum membris si diuidentibus significationem.

Est igitur significatiuus terminus qui ad aliquam rem manifestandam est ex placito impositus, vt homo, animal. &. Non significatiuus est, qui cum nullam rem significet, pro eo in propositione constituitur, vt scyndapsus est vox, blictri est sonus

Sciendum vero est voces dupliciter significare, aut naturaliter, aut ex placito. Naturaliter significant primo loquentem seu loqui aliquem, deinde conceptum loquentis, secundò Arist: primo perihermenias cap. 1. voces inquit sunt earum quæ sunt in animo passionum notæ. Tum significant se ipsas, seu suum sonum. Qualis significatio appellatur materialis, vt cum dico homo, est vox disilaba. Secundò significant voces, (quæ significatio propria est) ex Dei, Angeli, vel hominũ impositione: ratione cuius debent termini, vel si adsit impositiu significatiui, vel si absit, non significatiui appellari. Quare

DICO II. Blictri cæteraq; similia, non esse significatiua significatione ad placitũ. Pbatz 1. quod non est impositum ad significandũ aliquid, illud non est significatiuũ. Sed blictri (et aliud illi simile non est impositũ ad significandũ aliquid, ergo non est significatiuũ. Pbatz minor. blictri est impositum vt non significet.

ergo

Ergo non est impositum vt significet. Probatur consequentia. Quia si ideo est terminus aliquis significativus, quia impositus est ad significandum aliquid. Ergo ideo etiam terminus aliquis, erit non significativus, quia imponitur vt non significet. Neq; maior est ratio cur placitum Dei, aut creaturæ debeat sequi significatio cum vult significare, et non sequitur non significatio, cum vult placitum non significare. Intellige autem non significare per impositionem eē idem quod non significare simpliciter, vel significare quidem sed nāaliter, quæ significatio idē est, atq; non significatio, vt infra. Tum si voces transferuntur ab vna significatione rei, ad significatiōnē alterius, solo placito transferente terminum a significatione ad significatiōnē: cur non etiam debent eadem aut alię voces transferri a significatiōne ad significatiōnē: vel ex placito nōn significativę voces retineri in eadem non significatiōnē, ita vt ex placito penitus sint non significativę. Quæ vero ista vox Blictri adeo inobediens erit! vt cum infinitę alię voces imponentiū nutui ausultent, atq; id præstent, quod de ipsis homines volunt, ipsa tōti humanitati resistat ausit! castigabilis hæc audacia foret.

Probatur 2. Si bona est diuisio termini in significativū, et non significativū, tum quæro qua fiat rāone, vt discrimen possit dari inter significativum, et non significativū, si vterq; terminus significabit, quantumuis non significativus suam per aduersarios significaret non significatiōnem

Obiicies 1. Terminus blictri impositus est ad significandam non significationē, ergo significat. Rndeo 1 negando antecedens. Rndeo 2. transeat antecedens, nego consequentiā. Supponit enim aduersa pars, quod naturalis significatio denominet vocem absolutè significativam, cum tantum id præstet significatio ad placitum. vel aliter respondeo distinguendo consequens. Ergo significat naturaliter, conc: conseq: formaliter, nego Conseq. Hæc enim significatio non significationis, et quæcunq; illa sit sequitur placitum nāaliter, vel potius antecedit necessario, ita tamen vt hinc vox nulla denominari possit absolutè, & est, ad placitum significativa. Et confirmatr ga vt naturaliter dicitur significare non significationem, res imposita ad non significandū: ita debet dici naturaliter significare significationē res imposita ad significandum,

vt Deus,

vt homo &c. impositus ad significandum animal rationale. Vnde sicut homo non dicitur significatiuus terminus, ex significatione sua significationis, de animali rationali; ita consequenter Blictri non debet dici terminus significatiuus ppter significaõnẽ sua de quocunq; obiecto. Certum autẽ est terminũ significatiuũ, non dici significatiuũ, ob significaõnẽ sua significationis, sed ob significaõnẽ rei, quæ ab impositore rei significandæ imponitur

PARTIS PRIMÆ.

SECTIO II.

De Suppositione terminorum.

QVÆSTIO I. Quid sit Suppositio terminorum.

DICO I. Suppositionem ita optime definiri. Est vsus termini in aliqua certa significaõne. Pbatur ex vi nominis et modis loquendi, quos solemus vsurpare vt cum dicimus, supponi vocem in hoc sensu, vel terminum in hac suppositione significare istud vel istud. Hæ enim orationes æquiualeat istis cẽ vsum vocis in aliqua significaõne certa, vel terminum in tali vsu indicare istud vel istud.

DICO II. A quibusdam suppositionem sumi pro significaõne, sed male, significare, &c. Contra quos Hurtadus insurgit abiiciendo, non posse verbum supponere sumi pro significare, quia inquit deberet verbum supponere neutraliter accipi, cum tamen sit actiuum. Verum responderi potest Hurtado, negando non posse verbum supponere neutraliter accipi esto licet actiuum. Ad varias enim vocum acceptiones sufficit voluntas et conspiratio authorum.

DICO III. Suppositionem nec cẽ significationẽ, nec sumptam pro significatione debere dici esse affectionẽ quantam termini, vt sic. Pbatr 1. Quia significaõ non est suppositio. Ergo suppositio non potest sumi pro significaõne. Pbatur antec: Suppositio est in certa significatione termini accepto, ergo non est significaõ.

Pbatr 2. Sine quo terminus vt terminus non potest esse extremum, id non est affectio sed essentia termini vt termini. Sed sine significatione non potest terminus vt terminus esse extremum. Ergo significatio non est affectio termini, vt termini sunt

ter

termini vt sit. Sed essentia termini. Probatur minor, sine quo non potest concipi aliquid vel vt predicatum vel vt subiectum. Sine eo terminus non potest ẽe extremum, Sed terminus sine significatione non potest concipi vel vt predicatũ vel vt subiectum. Ergo terminus sine significaõne non potest ẽe extremum. Confirmat probatio 2. quod suppositio non debeat vocari significatio, vel significatio nũe affectionis. Rão est, quia id debet appellari suppositio seu affectio termini, quod de illa recte potest predicari in quid. Sed de suppositione aut affectione non potest recte significaõ predicari in quid, ergo suppositio, aut termini affectio non est significaõ. Probz minor suppositio neq; est significaõ, vt procedit a supponente, neq; vt in termino recipitur, Ergo suppositio nullo mõdo est significaõ. Antecedens patet, quia suppositio vtroq; modo sumpta tam videlicet actiuè, qam passiuè est significaõnis causa, Ergo &c. causa enim non est effectus. Probz 3tia. Quia definitione suppositionis data per vsum videlicet termini, in aliqua certa significaõne euitantur difficultates definitionis illius, quæ plurimis recentionibus, ex Hurtado placet, quod sit videlicet substitutio signi sensibilis loco conceptus mentalis, ad constituendã ppositionẽ circa significatum termini mentalis. In qua definitione displiceret illud, quod ly ad constituendã ppositionẽ faciat iniuriam terminis extra ppositionẽ positis, quibꝫ et si non adeo perfecte conceptus loquentiũ exprimentibus, vt exprimere solent in ppositione, at exprimentibus tamen, non debet omino ius proprietatis tolli. 2. Ex Hurtadi definitione alia difficultas aduocatur, quod illa velit poni termines pro conceptibus non pro rebus. De qua difficultate sit.

QVÆSTIO II.

An termini pro conceptibus vel rebus supponant?

Suppone ly pro debere sic poni ad equiualentiam, seu poni tanquam illud ipsum. Potest enim ly pro sumi pro eo, quod ponit loco alius vel propter aliud in genere causæ finalis. Primam acceptionem ly pro, explicat nobis persona v.g. Herculis, quæ in theatro ponitur pro Hercule, tanquam ipse Hercules; et persona pontificis, cæsaris, Regis &. pro pontifice, cæsare, Rege, Hoc supposito

Dico 1. Voces dici debere poni pro rebus absolute seu principaliter, et vltimo

potissimoq; modo, non pro conceptibus. Phatz 1. pro eo voces debent poni absolutè pro quo ponuntur modo potissimo, et tanquam illud. Sed pro rebus non pro conceptibus ponuntur modo potissimo, et tanquã ipsa res. Ergo pro rebus dici debent poni absolute. Phatz minor. pro eo ponuntur voces siue termini, tanquam illud ipsũ, pro quo prædicantur et subiiciuntur. (nisi forte etiam ipsi conceptus fuerint obiectum et res per vocem significata) Sed pro rebus, non pro conceptibus voces prædicantur et subiiciuntur. Ergo ponuntur pro rebus, tanquam illa ipsa. Patet minor. qa nc. terminus isse, homo, et animal, tanquã si res ipsa essent, ita in ꝓpositione subiiciuntur et prædicantur. Ergo et alii omnes termini eodem modo se habent. Phatz antec: qã nisi prædicarentr et subiicerentr tangã res ipsa, non prædicarentur, neq; subiicerentur verè. Veritas enim ee non potest, nisi qa induunt termini nãas obiectorum, quia sicut obiectum, ita et termini inter se affirmantur, vel negantur.

Phatz 2. Quia pro eo absolute et vltimatè, principaliterq; debent poni termini, re. spectu cuius dicuntur significatiui. at qui respectu rerum dicuntur significatiui. Ergo Phatz minor, quia placitũ hominũ, voces ex sua impositione hoc vel illud voluit significare, non vero conceptu.

Phatz. 3. pro eo debent voces poni pro quo et conceptus. At qui conceptus ponuntur pro rebus. Ergo et voces. Phatz minor. Quia non esset veritas in conceptib. nisi conceptus essent tanquam res ipsa. Nam orationes teste Arist: sunt vera sicut res, Et confirmatr, quia intellectus cognoscendo, fieri omnia dicitur. Hoc autẽ alijs ideo, quia conceptus sunt veluti res quædam obiecta ipsa.

Obiicies voces pro eo ee in cuius supplementũ sunt datæ. Sed datæ sunt in supplementũ conceptuũ, ergo voces ponuntur pro conceptibus. Rndeo distinguendo, voces pro ee expletiuè aut suppletiuè concedo maio: pro eo absolute seu tanquã ipsum. Nego maio Sed voces datæ sunt in supplementũ conceptuum distinguo minorẽ. Datæ sunt suppletiuè aut expletiuè concedo min: Datæ sunt absolutè, et tanquã conceptus. nego mino: Ergo nego consq:

Dices pro eo ponuntur voces quod erat factum in ꝓpositione vel intellectu Sed res nihil erant factura in ꝓpositione vel intellectu. Ergo. Rndeo distinguendo, pro eo

eo expletiuè aut suppletiue ponuntur, quod erat factum in ꝓpositione vel intellectu, conce: maiò: pro eo positiuè et tanquam ipsi conceptus, nego maiò: Eodem modo distinctionem datam minori applicabis ꝓpositioni.

Dico 2. Voces poni pro conceptibus in genere causæ finalis, id ē ꝓpter conceptus, sicut et S. Augustin lib. 2 de ord: cap: 11. rationem ait docuisse Enes vt quoniam animos suos sentire non poterant, ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete vterentur. Hoc tamen poni, est poni non absolutum, sed diminutum, vt sit sensus poni verba pro conceptibus explicandis interpretandis &, non aut pro conceptib absolutè, id est, vt sint tanquam ipsi conceptus.

QVÆSTIO III.

Quotuplex sit Suppositio?

Dico 1. Diuidi primo Suppositionem in materiale et formale. Materialis est, quando terminus accipitur pro se ipso. quæ item diuiditur in extrinsecā et intrinsecā. Intrinseca materialis est vsus termini pro se secundū id quod naturaliter habet, seu in sua natali significatione soni. vt cum dicitur Homo est vox, vox Homo supponitur materialiter intrinsecè pro suo sono: qualis suppositio etiam non significatiuis terminis conuenit, vt Blictri est vox. Extrinseca materialis suppositio est, vsus termini pro se secundū id quod habet ab intellectu, vt si dicas Homo est nomen, amo est verbum.

Formalis suppositio est vsus termini pro suo significato. Dicitur formalis qa forma è significatio.

Dico 2. Diuidi suppositionē in personalem et simplicem. Personalis suppositio est vsus termini ad significandū rem, secundū ea quæ independenter a secundis intentionib habet. vt Petrus est Homo. Homo est animal. Simplex suppo: est, vsus termini ad significandā rem, vt subest conceptui, a quo accipit denominationē, vt animal est genus, Petrus est individuum &.

Dico 3. Diuidi suppositionē in naturale et accidentale. Naturalis est vsus termini in materia omnino necessaria. Accidentalis suppositio est, vsus termini pro differentia temporis importata in ꝓpositione, vel potius vsus termini in materia contingenti.

Obijcies ex Caſidio non videri naãlem Suppoſitionẽ in ꝓpoſitione Petrus eſt homo. 1. quia nomina ſingularia, important exiſtentiã contingentem. 2. Quia ꝓpoſitio iſta Petrus eſt homo reſolvitur in iſtam copulativam. Et Petrus exiſtit, et eſt homo. Copulativa vero tota eſt contingens ſi pars ſit contingens. Rndeo. eẽ naãlẽ ſuppoſitionẽ in data ꝓpoſitione, et in ſimilibus ipſius, 1. quia Petrus neceſſario eſt homo. Non enim ita eſt Petrus homo ſicut eſt currens. Quare cum hæc diverſitas non aliunde eẽ queat, erit inde, quia illa Petro neceſſarium; hoc videlicet eẽ currentem, accidentarium. 2. Quia nihil obſtat res contingenter ſupponi neceſſario, et ſi hanc ipſam contingentiã de rebus contingentibus prædices, dicens v.g. curſum animalis eẽ contingentem, vel exiſtentiã hominis non eſſe neceſſariam. Non minus enim neceſſariũ eſt, res contingentes neceſſarias non eſſe, quam ſit neceſſariũ hominẽ eẽ animal. Quare nec minus neceſſariæ ꝓpoſitiones erunt, cum de rebus contingentibus ſua eſſentialia prædicata enuntiabunt, quam cum enuntiant de neceſſariis. Hinc ad primũ dictum nego conſeq: ad 2ũ nego ita reſolui ꝓpoſitionẽ hanc, Petrus eſt homo id eſt et Petrus exiſtit, et eſt homo. Sed ſummũ ita reſolui, Petrus qui exiſtit eſt homo.

Poteſt præterea diuidi Suppoſitio ſecundũ diviſionẽ terminorũ.

DICO 4. Diuidi ſuppoſitionẽ termini communis affecti ſigno vniverſali in collectiuã, ſeu copulativam, et Diſtributiuam Suppoſitionẽ. Copulativa et quæ copulata dicitur eſt qñ termini communis pro omnibus ſignificatis ſimul ſumptis. vt omnes Apoſtoli ſunt 12. vbi duodecim ſupponuntur pro omnibus ſimul ſumptis. Neq; enim valet omnes Apoſtoli ſunt 12. Ergo. Petrus, Andreas et cæteri Apoſtoli ſeparati ſunt 12.

Diſtributiua ſeu diſtributa eſt vbi termini communis pro inferioribus ſeorſim ſumptis. vt omnis homo eſt animal. valet enim, Ergo et Petrus, Paulus et cæteri ſeorſim ſumpti ſunt animal. Diſtributiua ſuppoſitio diuidi poteſt in diſtributiuam ſimpliciter, ſeu diſtributiuam completam, cum valet illatio ad omnia inferiora nullo excepto, vt omne animal eſt ſenſitiuum. Et in diſtributiuam, in completam, quæ eſt vbi termini communis excepto aliquo. vt cælum agit omnia corpora, excepto videlicet ſe ipſo.

Adhuc diſtributiua completa quædam eſt pro ſingulis generum vt omne vel fuit in arca Noe, id eſt ſingula genera animalium ſe ex ſingulis ſpeciebus [illegible] ad [illegible]

individuū. Quædam est pro singulis generū, quæ est vsus termini, pro omnibus individuis intra genus contentis, vt omnis lapis est corpus.

QVÆSTIO IV.

Quot sint variationes suppositionum

Dico ℣. Septem præcipuè variationes suppositionis assignari, Restrictionem, Diminutionem, Alienationē, Appellationē, Statum, Ampliationē, Distractionē. Restringitur suppositio alicuius termini, cum illi vox additur contrahens ipsum ad pauciora significata, vt si dicatur, omnes homines iusti saluabuntur. Est restrictio suius termini, hoēs: per adiectiuū, iusti additum. Similis est restrictioni diminutio, in qua integra termini significatio diminuitur, vt Æthiops albus secundū dentes.

Alienatio est translatio termini a ppria ad impropriā significationē, vt si dicas, homo picus.

Appellatio est applicatio significationis vnius vocabuli ad aliud, vt si dicas. Petrus est magnus Logicus. Ly magnus applicatur termino Logicis et dēr appellans. Logicus aut vocatur appellatus. Hæc appellatio potest eē ex parte subiecti, vt Alexander magnus est Logicus. vbi notandum non sequi, si terminus appellet prædicatum, quod appellet etiā subiectum aut contra. non enim valet Alexander est magnus Logicus. Ergo Alexander magnus, est Logicus. Nec contra. Alexander, magnus est Logicus. Ergo est magnus et est Logicus. Reliquæ tres proprietates status videlicet Applicatio et Distractio conueniunt terminis, vt referuntur ad temporis mensuram vt coniunguntur cum verbo. Status est cum terminus refertur ad illud tantum tempus, quod verbo significatur vt si dicas, qui currit loquitur, qui currebat loquebatur, qui curret loquetur. In ḡbꝰ exemplis refertur subiectū ad illud tempus solū, ad quod et principale vbū, loquit, loquebat loquetur.

Quod ad ampliationē attinet, communiter illa intelligitur. Extensio temporis a minori ad maiorē suppositionē. Seu potius relatio temporis termini, tum ad tempus a verbo importatum, tum ad aliud, vt si dicas, Omnes iusti saluabuntur. vbi ly iusti non solū temporis futuri, quale verbū saluabitur importat, sed etiā alterius, v.c. præsentis intelligitur.

Auctadus ampliationē aliter accipit pro extensione videlicet termini ad tempus diuersū a tempore importato per verbū, ita vt importati temporis nulla ratio in termino ampliato habeatur. Sic vt id dicitur cum termini oppositiones significant res incompossibiles pro tempore per verbum significato, vt iustus peccauit, stantes sedent, vigilans dormiet. Iustitia cum peccato non stat simul, nec cum statione sessio, vel vigilia cū somno. Quare aliud tempus in termino concipientū est, quā se offerat in verbo. Sinde infer ampliationē soli conuenire subiecto, vt cum dicit iustus peccat, intelligitur vtiq; iustus, qui fuit iustus, proinde iustus subiectum ampliat, et sic vult in aliis argumenti eius pro sua ampliatione non urget. est enim illud quod ampliatio debeat statui opponi: id autem si neges, nihil preterea erit, quod contra opponatur: Deinde etiam antiqua et communis ampliatio satis opposita est statui, ex eo, quia in statu sistit terminus in verbo importato, sed et in termino, et in verbo: Distrahi enim subiectum ad tempus diuersum a tempore per verbum principale importato differetur. vt cæci videntes claudi ambulant, vbi videnti quidem et ambulanti, notant presens tempus ad subiectum, cæci et claudi preteritum, vt sit sensus, qui fuerunt cæci vident, qui fuerunt claudi ambulant.

PARTIS IA
SECTIO TERTIA.
De definitione et diuisione.
QVÆSTIO I.
Quid sit definitio?

Dico 1. Diuisionē esse, qua totum in suas partes partimur. Diuisio dicitur id quod diuiditur. Membra diuidentia dicuntur illæ partes, in quas fit diuisio. Dico 2. Diuidi 2 diuisionem, in diuisione nominis et rei. Nominis 2 est in æquiuocis terminis, vt si dicas alius est terrestris, cælestis alius, marinus alius &c. Rei diuisio est, qua rem ipsam partimur. Ex qua secunda diuisione diuiditur in essentialem et accidentalem. Essentialis est, qua totū essentiale in sua diuiditur partes. Hæc itenū duplex est, actualis et potentialis. Actualis cum ad

ale totum, circa potentiale potentialiꝫ. Porro actuale totum non dicitur ℈is actuale, respectu existentiæ actualis rei, seu totius quod diuiditur, sed respectu partiũ componentium, et quasi actuantiũ seu in actu constituentium ipsum totum. Item actualis diuisio vel Physica est, circa diuisionem totius Physici, in Physicas partes, vt corporis in materiã et formam, vel Physica cum dicitur aliquid in genus et differentiam, vt animal in viuens, et sensitiuum.

Potentiale similiter totũ non dicit respectu potentiæ ad existendũ, sed potentiale dicit ob potestatẽ quã ℈abet supra partes non componentes, sed subiectiuas, siue supra seu inferiora. Hoc vero denominãõ cõmodissima est, ex potentia præstandi aliquid, quæ actualitate et constitutionẽ totius in actu sequatꝫ. Omne n. id quod ipse effectum seu actuatũ, potest aliquid, unde potens et potentiale merito appellari solet. Quare et totũ actuale Metaphysicum seu actuatum, siue illud totũ, quod respectu partiũ Metaphysicarũ, seu ℒogicarũ actũ componentiũ, dicit actuale totũ Metaphysicũ aut ℒogicũ. Non iniuria appellabitꝫ potentiale totũ respectu eius, quod post suã actualitatẽ, vel actuale ex partib. constitutionẽ præstare valebit, nempè respectu prædicaonũ, quæ subiecta inferiora potest afficere. Homo v.c. actuale Metaphysicũ totũ, quatenus ex partib. Metaphysicis animali et rãonali actuatur, seu constituitur, erit potentiale totũ respectu Petri, Pauli, & aliorũ individuorũ: quia Petrũ Paulum et alia individua post suam in actu constitutionẽ, tanquam inferiora sua prædicabilꝑ possit afficere.

Dico III. Essentiali et accidentali diuisioni addi posse diuisionẽ integralẽ, quæ est diuisio totius quantitatiui in suas partes. Cum aũt quantitas duplex sit continua videlicet et discreta, erit etiam totum integrale duplex, continuũ et discretũ. Deinde totũ continuũ diuidi potest in continuũ ℌomogeneum, quod constat partib. similaribꝰ. vt aqua. et Heterogeneũ, in quo sunt partes dissimilares, seu heterogeneæ. vt ℌomo. Diuisio ℌomogenei continui erit v.c. aquæ in multas guttas. Heterogenei, si ℒ.ℒ. partiũ ℈ñõ dicas alium eẽ caput, aliã brachia ℓℓ. Discreta quantitas quæ idem fere est, cum numero diuidit in minores numeros, vel vnitates.

Dico IV. ℒeges diuisionis istas præcipuæ eẽ. I. vt diuisũ sit amplius quã singula ex diuidentib. Hinc mala ẽ diuisio, animalium aliud est sensitiuum, aliud ℌomo, aliud brutum. ℨã diuisũ conuertitur cum sensitiuo. II. lex est, vt diuisũ non contineat

plus quã omnia diuidentia continuim, seu vt oĩa diuidentia continentur in diuiso. Ita de mala ẽ diuisio, viuentiũ aliud homo, aliud brutũ, nam planta est etiã viuens. Illa et illa est animaliũ aliud rationale, aliud irrationale, aliud terra, qa terra non continet in diuiso. Adhuc diuisionis lex est, ne diuidens vnũ continentz in aliũ, sic mala est diuisio substantiæ in corpoream, et animatã, quod animata substantia, in substantiã corpoream includatz. Vltima lex est ne fit diuisio in remotas partes, quatenus fieri potest in proximas.

INSTITVTIONIS DIALECTICÆ PARS II.

De secunda intellectus operatione.

SECTIO I.

De nominibus secundæ operationis

Optimè nobis secunda operatio, et pro commoditate temporis contigit, cum enim iam nobis hospes, et quidẽ domos nostras visitans imminet consistenti in limine Elizabetha salutanti cũ Oratione, ex secunda operatione formata, fausti acclamationibus occurrimus.

Secunda operatio dicitur iudiciũ, vel iudicium enuntiativum, vel oratio indicativa propter determinationes et decreta qua fiit de obiectis siue subiectis, dicitur etiam interpretatio, enuntiatio, ꝓpositio, præsertim cum vocalis est quia significat quidpiam de aliquo, velut interpres et nuntius mentis. At si referatz secunda operatio, tanquã enuntiatio alio sortitz plura nomina. Relata enim ad aliã secundã operationẽ, dicitur vel præmissa: Si adducatz ad conclusionẽ inferendã eaq. vel maior vel minor; aut dicitur conclusio si inferatz. Item vocatur antecedens respectu ꝓpositionis, et consequens respectu inferentis.

QVÆSTIO I.

Quid sit enuntiatio, seu secunda operatio?.

Definit Aristoteles, et alii cum ipso varii. Ac 1. dicitur ee enuntiatio, Oratio in qua aliquid affirmatur vel negatur. Deinde dicitur ee Oratio vere vel falso significans, vel paucis operatis immutatur. Dicitur enuntiatio iudicium affirmans aliquid aut negans: et iudicium vere vel falso significans. Sed ista definitiones non placent. 1. quia traduntur per disiunctionem differentiarum. 2. quia non tradunt per essentialia, sed per proprietates, proinde descriptiones magis sunt, quam definitiones. Data quidem definitiones non penitus essent representanda, cum suis explicationib. venum posse dari ea operationis melioremdefinitionem

II

Dico 1. Secunda operatio seu enuntiatio est actus intellectus iudicatiuus predicati de subiecto precisè. Vel latius. Est Oratio iudicatiua predicati de subiecto precisè. per ly actus intellectus convenit ea operatio cum prima et 3a. per ly iudicatiuus convenit cum tertia, discrepat a prima, per ly predicati de subiecto precisè, possimus aut etiam a tertia per ly precise et operatione separatur. Vult enim secunda operatio ita esse iudicatiua predicati de subiecto, vt nullius alterius sit iudicatiua, cui tertia operatio sit iudicatiua consequentia.

Dico 2. Operatae secundam definitam per actu intellectus iudicantiuum ee intentionem enuntiationem. Per secundam definitionem videlicet Orationem iudicatiuam, ee enuntiationem exteriorem. Nam mentalem iudicatiuum exprimere vocalis non potest, nisi per Orationem. Quare licet ea operatio mentalis quidditatiue non sit aliqua Oratio, sed actus intellectus simplicissimus vocalis tamen ob impotentiam exprimendi mentalem, alio quam Oratorio (vt sic loquar) modo, conceptu Orationis ab Aristotele et aliis describi consuevit: non quasi quidditatiue, et ipsa sit Oratio, sed quia non sit nisi cu Oratione. Addo sicut censuimus antea de prima operatione addendum videlicet ee aliquid definitioni primae operationis vt esset definita, quatenus Logica concernit, ita et enuntiationis definitioni, ne sit pure Physica

QVÆSTIO II.

Quid sit Oratio?

Aristoteles ita describit. Oratio est vox Significativa cuius partiū aliqua Significativa est Separatio vt dictio, Sed non vt affirmāo, vel negatio. Vox Significativa, intelligitur Significativa ad placitum. Conuenit Oratio per hoc quod sit vox Significativa, cum nomine et Verbo. Per reliquū differt a nōne et verbo, qa illorum nulla pars Significativa est vt dictio. Definitionis istius sensum ita explico. Oratio est vox Significativa ad placitum, cuius pars aliqua non est Significativa, vt affirmāo: id ē cuius nulla pars, quod dicas cuius non aliqua pars est, vel non est aliqua pars necessario vel affirmāo vel negatio: Sed contenta ē habere partē Significantē vt dictio, nihil interim prodibens vel aliquā Significantē vt affirmāo vel vt negatio.

Obūcies cum Hurtado nomen circumscriptio tale ē cuius pars aliqua Separata Significat vt dictio, neq tamen vbū aut nomen verbale, Circumscriptio, ē Oratio. Rndeo negando, vbū circumscriptio aut circumsessio, vel circumscribo, imo ne Respondem ē voces quarū pars sit Significativa Separata vt dictio, proinde recte ab illis nōbus aut verbis orationē separari. Verū qa difficile est intellectu quomodo non Significativa partes sunt dictionū vt dictio; ideo responderi posset Subtiliter. Partes nōnum compositorum qua extra compositionē sunt dictiones, et consequenter extra compositionē Significant vt dictiones; in compositione non Significare vt dictiones qa neq sint in compositione dictiones. Supponuntur enim ē vnius compositi dictionis partes, proinde non dictiones, sed aliquid dictionis, Siue dictionū. Ad quod melius intelligendum;

Aduerte duplicē sensū ē posse verborū illorum Significare vt dictio, vnum istum: Significare sicut Significat aliquid cum est dictio, alterū istū, Significare ita vt interim sit dictio Aut quod non longe abest; aliud ē Significare. (Sicut) Substantialiter, et aliud Significare Similitudinarie. Nam ly Sicut duplex est: aliud Similitudinis, aliud Substantiæ. Substantiæ est vt. cum in Euangelio, (neq enim desunt Christiana exempla) dicitur. estote perfecti, Sicut et Pa

et Pater vester celestis perfectus est. Vbi substantia perfectionis, non aut aliqua
propositio cum perfectione substantiali celestis Patris præcipitz. Vnde applicando in forma di-
stinctionē, respondebis, pater nīis respublica, et alias aliorum, id genus significare vt dictio-
nes in priore sensu, &c, hoc est ita, vt significant cum sunt dictiones, seu significare sicut
dictiones similitudinarie, concedo. Significare vt dictiones in eō sensu, seu ita vt interim sint
dictiones; aut significare sicut dictiones substantialiter, nego.
Instabis dicent satis ēē, vt pars nominis possit fieri dictio post separatōnē, non requiri aut
in illa compositione nīis sit dictio. Ibabis ex Arist: dicente quod aliqua Orationis pars significativa
est separata vt dictio. Rndeo. Quando Arist: agit cuius aliqua pars significativa est separata,
ly separata. sumit pro separatim accepta, non pro considerata vt separata. Et manifestū est, quia
eo modo Arist: accipit ly separata, vel ly separatim in oratione quo in nīis.
Obycies præterea vbū currit et curro, scribit, et scribo &. non habent partes significanter se-
paratim vt dictiō, et tamen sunt Orationes. Rndetz negando ora illa ēē Orationes absolutē
et ex vi sermonis; sed significatōne et vi nostri intellectus concipientis supposita, quibus conue-
niat actio per vbū explicata. Sic &c. ego sum currens, ille est scribens &.

QVÆSTIO III.

Quid sit nomen?

Dico 1. Ab Arist: nomen ita definiri. Est vox significativa ad placitū, sine tempore, cuius nul-
la pars significativa est separata. Addunt ad hæc multi, hæc quæ sequuntur scilicet. Finita, et recta
faciens cum verbo vero vel falso orationem. Vox est tanquam genus contractum ad inferius
genus per particulare significativa ad placitū. Per istas additas excluduntz voces brutorū, et so-
minus inarticulate, et suspiria, gemitusz. Item voces articulate quæ a primis inventoribus sonore si-
gnificationis non sunt ornata vt Blictri. Reliqua constituunt differentiā partim a verbo,
partim ab Oratione, partim ab aliis vocabulis. A verbo nomen separatur per ly sine tempore. Ab
Oratione per ly, cuius nulla pars significativa est separata.
Obycies 1. Contra particulas, sine tempore, cana, prandiū, significant cum tempore et
sunt nōna. Ergo nomen non est vox significans sine tempore. Rndeō nīa dicta, negando si-
gnificare cum tempore. Diversa enim sunt hæc 3. significare tempus connotare tempus, et signi-

ficare cum tempore nomine. Potest nomen significare tempus, vt hec ipsa vox tempus significat tempus. Item euū seculū, lustrū, Olympias, annus, mensis &c significant tempora. Potest nomen connotare tempus vt prandiū, cena, gentaculū, merenda &c. quod dicunt connotare tempus, quia significant quasdam actiones tempore determinato solitas exerceri, aut significant materiā actionis, circa quā actio determinato tempore exercetr vespertino videlicet, meridiano, aut alio. At non possunt significare cum tempore. Ratio dari solet, quia voces huiusmodi tempus connotantes non denotant primariō differentiā temporis. Eor ē, neq; presens, neq; preteritū, neq; futurū. Notant autē differentias temporis per accidens, quales sunt mane et vespere obuenientia rōne loci, vt patet considerāti homines in sphēra parallela, siue sub polo existente, qbus per 6 menses continuos non occumbit sol semel ortus, per 6 continuos non oritur occasū. Et quia ideō tempus, quod vni est vespertinū, alii in eadē duratione, et sitione vero loco est matutinum. Vnde constat accidentales ē istas differentias temporis, et ab extrinseco aduenientes.

Dices nomina, Posteri, et Maiores denotare differentias temporis essentiales, qa posteri denotant futurū, maiores preteritū. Rndeo negando, manifestē enim falsū est, quod posteri et maiores pro principali significant tempus, et homines connotent. Equidē possimi predicares. posteri est tempus futurū hominum &. maiores est tempus preteritū eārum. Ibera ratem. Posteri sunt hōes temporis futuri &. cum proportiōne de maioribg discurre.

Dici potest, quod nōa significent quidē interdum cum tempore vel in tempore existentem, sed nunquam cum tempore significant rem etiam in tempore vel cum tempore existentem, atq; ideo nōa significare sine tempore: nempe quantū ex modo suo significandi non significant nomina temporis, licet aliquando rōne obiecti, et rei significatē importetur tempus. Vnde et cōnatio, transitio, gentaculū &. non significant cū tempore id ē, non significant ex modo nōibg ppriō tempo, sed scāt rōne obiecti, qa ex impositiōne explicant id quod habet adiunctū tempus. Vno verbo, Nomen vt ante dixi, nō ē cum tempore significatiuū, licet aliquando sit significatiuū rei cum tempore. Nomina enim significant sine tempore, vel qa absolutē solā dicunt rem abstractā a tempore vt cū

vt celū, terra, ignis ℔. vel qa tempus absolute dicunt, vt sunt tempus, hora, mensis, annus ℔. qua rōne tempus tanquā rē, proinde non rē cū tempore indicant. vel deniq; qa si ña connotant tempus, non tam illud connotant, tanquā quid rei, quā ciuis quodammodo sit res ipsa. Itaq; prandiū, cana, et canatio, pransio ℔ non significant cū tempore, quia non dicunt rē vel actionē cuius sit tempus, sed potius rem, vel actionē temporis. h'ē, dicunt rē vel actionē supponentē tale vel tale tempus. Cuius indiciū est, qa iidē cibi et actio circa eosdē cibos possunt ee prandiū vel cana, et pransio et canatio, si videlicet, vel hora vespere alioue, vel crastino alioue meridie comedant. Ergo non cibus vel actionis est tempus, sed actio potius, et cibus temporis. Aliās moueret tempus cum suo fundamento cibis videlicet, vel commessione: et sequitur vesper cum cana in crastinū meridiē reseruata fieret ipso meridie, vesper.

Obiiciēs 2. Contra illa vōa (cuius nulla pars est significatiua separata) qa respō: prorex, proconsul, et similia composita habent partes significantes separatim. Rndeo negando, aliquas compositi nīis partes significare separatas eo sensu, quia non significant per se. Non significare aut per se, nihil aliud est, quam non significare, tanquā ipsum, et tanquā hui iuris, cum aut idē omnino sit non significare per se et non significare separatim, quemadmodū et legenti Arist. textū, constat indifferenter vsurpanti cap. 2. 1mi periermenias, ly per se, et ly separata, non erit necesse vltra immorari in explicatione particulari horum. Atq; hæc est Aristotelica mens, hic sensus vtorū Philosophi. Enimuero cū significant partes nātis compositi, significant aliquid vnū, et totū quid atq; separatum. Cum vero significant vt sunt in toto, non significant illud vnū et totū: proinde non significant per se, siue tanquā ipse, siue sicut significant, cum sunt sui iuris, atq; separatæ, sed significant aliud vnū conflatū quodammodo ex multis vnis.

Obyciēs 3. Contra ly finita nomen infinitū est verū nomen, Ergo finita non est quod ponatur in definitione. Rndeo negando nomen infinitū ee Aristotelicè nomen. Ratio excludendi nomen infinitū, a definitione nīis dicti Aristotelis fuisset, qa in nullius rei cognitionē venire facit. Nomen infinitū: et qa non det māriā determinatā, qualis sit

necessaria Syllogismo. Dixi non ee Aristotelice nn, qua posset absolute (quemadmd et alia multa a nnis ratione exclusa adscribi rnibz, praesertim si acciperetz per modu dictionis de us. Obycies IV. Contra ly recta, Qa casus obliqui sunt vera nna. Rndeo negando. Et rao est contra obliquos casu, ga non bene seruiunt enuntiationi, nisi quatenus per accidens resolui possunt in rectos casus. Et ga potius sunt quid nnis atq; inflexio eius qua nomen.

QVÆSTIO IV.

Quid sit Verbum.

Arist: definit verbu ee quod insuper tempus significat, atq; semper eorum quae de alio dicuntz est signu. Particula quod insuper innuunt referri definitione vbi, ad quas ore Orationu et nominis. Unde colliges totam Aristotelicam verbi descriptione ista ee. Est vox significativa ad placitu cum tempore, vel consignificans tempus, cuius nulla pars est significativa separata, semper eorum, quae de altero dicuntur, nota finita et recta. Iam constat verbu significare cum tempore solu excluso nne et aliis, quia solu consignificat tempus ex modo significandi sibi proprio. Itez significat cum tempore non specialitee tantu, sed practice, et ponendo illud, actu circa actione significatam. Hinc.

Collige I. Verbum principalius dicere actione aut rem per modu actionis significatam, minus aute principaliter tempus. Potest id probari II. ex Arist: totiens usurpantes eius loquendi modu (consignificari tempus) quo indicat, a verbo, aliud quid tempori praesupponi: Tempus autem habere se concomitanter. Et rao est praeterea, ga ganz v.c. dico. diligo Deum. Si quaeras quid significet diligo Deum, satis bene nulla etiam temporis mentione facta respondebit, quod significet exercitiu amoris erga Deu a me praesidens. Ergo patet tempus non ee aque principale in verbo, ei est actio. Confirma. Qa pronunciato verbo aliquo non ita excitamur ad quaestiones faciendas, ex temporis significatione fluentes, sicut ad illas quae ab actione originem ducant. ut Si dicat, amo Deum excitor ad quaerendum, quare amas, vel quantum amas vel aliud simile. Qa

non ex tempore sed ex actione fluit. Probari etiam posset, quia actio non variatr in casibus verbi, tempus variatr, unde sequitr actionē eē quid in verbo principaliꝰ, quā tempus, et per consequens, principaliꝰ dici a verbo, quā tempus.

Collige 2 Principaliꝰ dici subiectum a verbo, quā tempus. Nam actio prius est alicuius actio, quā in aliquo tempore actio. Agens enim est veluti fundamentū actionis, proinde magis intrinsecū actioni, cum tempus tantummodo circumstet actionē, quod non est aliquā ut illud actioni intrinsecū.

Collige 3. Non solū per verbū significari principaliꝰ actionē, ut actio est, sed etiam principaliꝰ a verbo illud actionis, ut talis actio est, dici a verbo quā tempus. Terminus enim et connotatū actionis ut actio, vel ut talis actio ē, pertinet ad complementū intrinsecū conceptus de actione.

Obiectiones de vbi compositis, finitis et rectis habent proportionē solutionis, quas dare hunt ad soluendas difficultates orationū et nīs. Sicut vero obliqui nūi casus, sunt potius quid nūum quā nūa, ita et alii post indicatiui modi, et alia post presens tempus, sunt potius quid verbi, quam verba.

PARTIS IIDA.

SECTIO SECUNDA.

De Speciebus Orationis.

Hactenus de partib. orationis subiecto et predicato, nūe et verbo egimus. Restat ut de tota, seu toto dialectico eiusq speciebus breuiter aliquid tractemus.

QVÆSTIO I.

Quotuplex est enuntiatiua Oratio.

Dico 1. Enuntiationē ppriā mentalē, eē actū iudicatiuū predicati de subiecto precise. Arist: definiens simplicem ppositionē agit. Est aut simplex enuntiatio vox significatiua de eo, quod ē aliquid vel non est, prout tempora diuisa sunt. Quare si alibi aliter loquitr materialiter loqui, vel loqui non de enuntiatione purè censendus est, sed de enuntiatiua Oratione, quemadm et cap. 1. vsurpat enuntiatiuā Orationis vocabulum.

Cū aut Arist: dicit Simplicē enuntiationē ēe voce significatiuā de eo quod ē aliquid, vel non ē, hanc diuisionē in ly ē vel non ē, non ēe enuntiationis ipsius, sed rei pertinere ad enuntiationē: vnde non sequitur duplex illa enuntiationis species affirmāo vel negatio. Potest enim de eo quod est fieri non minus negatio, quā affirmāo, itemq; de eo quod non ē, non minus affirmāo, quā negatio, quemadmodū et Arist: ibidē infra notauit dicens: Quoniā aut enuntiare ē et quod ē non ēe, et quod non est ēe, et quod non est non esse & ideo ly de eo quod est aliquid vel non ē, ponit claritatis causa pro generico.

DICO 2. Enuntiationē aliā ēe affirmatiuam, aliā negatiuā, quæ species sunt maxime essentiales. Nā et iudiciū ita se habet, vt vel abiudicet, vel adiudicet. Affirmatiua enuntiatio apud Arist: ē enuntiatio alicuius de aliquo. Negatiua, ē enuntiatio alicuius ab aliquo. Negatio iuncta termino non facit negatiuā ꝓpositionē, sed iuncta verbo.

Quā sub hac diuisione nouo circa descriptionē affirmationis datā ab Arist: dicit ille. Affirmationē ēe enuntiationē alicuius de aliquo. Non vero dixerimus ante enuntiationē vniuersaliter acceptā ēe iudiciū prædicati de subiecto, Quā definitio superiorē enuntiationi nostræ non videtur differre ab Aristotelica inferioris. Quomodo igitur eadem seruiret, et specifice, et generice enuntiationi! Rndeō. Nīa enuntiationis aut iudicii prædicati de subiecto siue alicuius de aliquo communia ēe et affirmationi et negationi, vnde etiā ipse definit enuntiatio communis affirmatiuē et negatiue per terminos dictos. Cā non deinde affirmāo non habet particulare appellationē applicationis prædicati ad subiectū per emendicata suffragia accipit a communi enuntiatione vocabula, et ea sibi appropriat habente interim negationē ꝓpriis terminis, ꝑ hos exprimatur. Neq; pauca reperiēa nīa alibi, quæ cū ex se indifferentia sint, ad plura significanda, particulari tamen obiecto significando soleant applicari. Sic vt alia mittā, actio seruit bene, tam ei quæ efficit opus extra, quā quæ efficit intra. Soleat tamen tribui peculiariter illi, quæ operatr a dextra eo quod careat suo nīe, habente interim altera peculiarem emanationis appellationem.

DICO 3. Diuidi enuntiationē in veram et falsam. Hæc diuidentia membra sunt et ſſ

ex proprietatibus fluentib, ab affirmatõe et negatõe. Vera ꝓpositio est, quæ significat inesse subiecto prædicatũ quod inest, aut non inesse, quod non inest. Falsa quæ significat inesse quod non inest, non inesse quod inest.

Dico IV. Aliã ꝓpositionẽ ee in materia necessaria quando videlicet necessario prædicatum conuenit subiecto, vt homo est animal. Alia in materia remota, cũ nullo modo prædicatũ conuenit subiecto, vt homo ẽ lapis. Alia in materia contingente, quãdo prædicatũ potest conuenire, et non conuenire subiecto, vt homo currit.

Diuidi preterea solet enuntiatiua oratio ratione quantitatis, in vniuersalẽ et singularẽ confusã et indefinitã. Vniuersalis est notata signo vniuersali, vt omnis nullus. Singularis ẽ habens subiectũ in singulari significans. Confusa ẽ, cuius subiectũ notat particulare aliquid quãdã ſ. Indefinita ẽ, cuius subiectũ commune caret signo sincategorematico, vt homo ẽ risibilis. Porrò indefinita si habeat necessariã materiã æquivalet vniuersali: Si contingentẽ, confusæ seu vt vulgò dicũ particulari, vt homo ẽ animal. Ista: omnis homo ẽ animal. Homo currit. Ista: aliquis homo currit. Præterea diuiditr enuntiatiua oratio in ꝓpositionẽ de sẽ adiacente, et de secundo adiacente. Illa est quæ habet prædicatũ separatũ a verbo, vt homo ẽ animal. Ista est quæ una voce continet tũ prædicatũ quã verbum, vt homo currit. Alie diuisiones qa trahunt secũ ꝓpositionũ difficultatẽ, huic absolueatr quæstionibus.

QVÆSTIO II.

Quid nam sint Propositiones de inesse, et modales? quid simplices et coniunctæ? quid absolutæ et conditionales?

Dico I. Propositiones de inesse sunt, in qbꝫ significatr prædicatũ inesse vel non inesse subiecto sine eo quod significetur, qua ratione insit, vel non insit. vt homo ẽ animal homo non ẽ lapis ſ. Nullus enim additr modus, quo insit animal homini, aut quo non insit lapis eidem homini.

Modales oppositæ ꝓpositionibus de inesse. sunt in qbꝫ significatr prædicatũ inesse vel non inesse subiecto simul cũ modo inexistendi. Modus a quo modales dicuntr ẽ vox significans certã rationẽ, qua prædicatũ insit vel non insit subiecto. 4. consentiunt modi licet quantũ ad suam modũ attinent 8 tantũ sint in rigore, sicut et triplex materia. Omnis est impossibile, alter necesse.

rentius possibile, q. contingens. Duo vltimi quantu ad ꝓpositā māeā idem valent. Dixi quantu ad ꝓpositā māeā, nam absolute possibile, latius diffunditur, quā contingens. Habet hoc inde, qa possibile conuenit etiā necessario, cui contingens non conuenit ꝓprie loquendo. Singula genera exprimendi duplex é rāo. Nā et modus dupliciter vsurpatr, nempe vel adiective. aliter, vt homo necessario é animal: vel nominaliter et actiectiue, vt hīc é animal é necessa. DICO 2. Simplices ꝓpositiones sunt in quibus vnū est subiectū, vnū predicatū, vnū verbum principale. Dico principale, nam potest ee simplex ꝓpositio etiamsi non solū verbū iungat extreme, non constituens copulā principalē. Veni etiā Orō potens per se constituere ꝓpositionem, pnatur extremi vice. Huiusmodi vero precipuè modi potest Orō eiusmodi constituere vices extremi, 2. cum ꝓpositioni adiungitur relatiuū: vt si dicas, Homo qui seruat diuina precepta habebit vitā eternam. 2. Cum ꝓpositio accipit māeī sine pr se ipsa vt si dicas Hec ꝓpositio Omnis homo est animal, est necessaria.

DICO 3. Opposita simplici ꝓpositioni é coniuncta ꝓpositio. Coniuncta ꝓpō é (qua Aristoteles coniunctione vnam) que constat pluribus ꝓpositionibus connexis per aliquā interpositā coniunctionē. Coniuncta propositio proprie duas tantū species habet, copulatiuā et disiunctiuam. Copulatiua é, quā coniungit plures ꝓpositiones particules, nec, et, similibusue, vt et Politica est discenda, et virtus non omittenda. Disiunctiua é que nectit plures ꝓpositiones particulis, vel, aut, vt vel virtus colenda é, vel expectandus interitus. Patet sic numerus specierū ꝓpositionis coniunctē, qa coniuncta debet ee opposita simplici: Sola aut copulatiua et disiunctiua simplici opponunt, Ergo sola copulatiua et disiunctiua sunt species ꝓpositionis coniunctē. Minor patet. quia illa sola opponunt simplici que coniungunt ex ꝓpositionibus, at sola copulatiua et disiunctiua coniungunt ex propositionibus, qa copulatiua et disiunctiua habent integras et perfectas ꝓpositiones componentes, proinde sole coniungunt ex ꝓpositionib, alie vero ꝓpositiones, quocunq nōe censeantur, conditionales videlicet rationales, causales, non habent ꝓpositiones plures, sed subiectū quodlibet complexū, aut predicatū. Nā hec Oratio, Si Sol est, nō ꝓpositione, Si Sol é, dies est, non é ꝓpositio. Quid patet, qa ibi non sunt ꝓpositiones. Hic non sunt iudicia. At in illa Oratione enuntiatiua Si Sol est dies est, et similr in alīs, non sola iudicia, sed iudicium. Nam cum dico, Si Sol est, nullum pro sola iudiciū habeo, neq; pr

eius existentia, sed pono solē, conditionaliter existentem, veluti fundamentū iudicii de die ferendi.

Hinc collige in copulativa et disiunctiva ꝓpositionib⁹ iudicia sunt non unū iudiciū. Nā presens ista ꝓpositionē, et Sol est et dies est: vtiq; facit duo iudicia, de sole unū, de die alterū. Cūqnā aut in disiunctiva ꝓpositione difficilius apprehendat binarius iudiciorū, tñ pōtest ille ita ꝑbari, qa resolubilis est disiunctiva ꝓpositio, vg. ista, vel Sol ē vel nox est, in sanc. Solgtē ē, Si nox non est. Nox aut ē, Si Sol non est

Dico 4. ꝓpositionē absolutā ēē, cuius veritas aut falsitas non pendet aliunde, vel in qua, seu potiūs per quā, predicatum de subiecto absolute et independenter, ab alia conditione iudicatur, vt Si dicas, Deus est iustus, vbi predicatū de subiecto dicitur, independenter ab ullo prætergnā ab identitate reali

Conditionalis seu Hypotetica ē, cuius veritas vel falsitas aliunde pendet. vel perquā predicatū de subiecto iudicat dependenter ab aliqua conditione, vti fit in hac ꝓpositione, Si recte feceris, in vitā æternā introibis. vbi vita æterna tribuit subiecto sub conditione recte actionis. Dices conuenit absolutē ꝓpositionis descriptio ꝓpositioni coniunctē, qua non debet censeri absoluta, quandoqdē ē complexa. Complexio vero opposita ē absolutioni. Respondeo, absolutionē sic non sumi per respectū ad libertatē annexā: sed per respectū ad libertatē a dependentia predicati a conditione. Sicut et Hypotetica non ex eo ē absoluta quod sit vincta, alias sola Hypotetica coniuncta ēēt verē Hypotetica: sed ex eo, qa predicati cū subiecto identitatem habet ab aliqua conditione.

Hypotetica alia dicī illatiua seu in māteā necessaria, alia non illatiua seu in materia contingente. Illatiua ē cuius conditio ē causa necessaria effectus, aut effectus necessarius causæ istius. Non illatiua cuius conditio non ē causa necessaria conditionati, neq effectus necessarius. Dicī vero ꝓpositio vera hæc vg. Si Sol est dies est, conditionalis; antecedens autem hoc vg. Si Sol est, dicī conditio, consequens denicq hoc vg. dies est, appellatq conditionatum. Hypotetica in māteā contingente debet habere conditionem siue antecedens requisitū ad effectum tanquā ipsius principium, non tamen necessariū, vt vg. Si cursu vicens, accipies bravium. Atq huiusmodi ꝓpositionū veritas cum non sit ex necessaria connexione antecedentis cum consequente, erit ex existentia consequentis, Si existat et antecedens. Qualis veritas ex ipsis coniunctis ꝓpositionib⁹ potest illustrari. Sicut enim hæc ꝓpositio. Si veneris ad me, bacabo

te prandio. Ita et ista vera poterit ee, tu venies et ego te prandio tractabo.
Quidã conditionalẽ in mãra non illativa dividunt bifariam, videlicet in conditionalem sabentem principium contingens conditionati. Et in conditionalem de materia pure disparata. Vt si baculus est in angulo, cras pluet. Alii vero volunt istas ultimas appellare conditionales, sed consentaneas landas potius copulativas. Quarẽ aut non sit vnum eas modo lites componere, tamen illud negandũ erit, huiusmodi oppositiones copulativas ee. Et rão militat manifesta, qa vnũ tantũ iudicium continent.

QVÆSTIO JJJ.

Quænam sit affirmatio & negatio: veritas et falsitas Propositionũ simplicium et coniunctarum, de ineſse, ac modalium absolutarum, et Hypotheticarum?

De affirmatione, negatione, veritate falsitate, simpliciũ vt simplicium, non è peculiariter dicendum. Coniuncta tñ oppositio, habet quid peculiare, vt est simplici opposita.

Dico 1. Affirmão et negão, coniunctarũ et coniunctæ sunt spectãdæ secundũ coniunctionem ita vt illa sit affirmativa cuius coniunctio è affirmata, id è negatione præposita, non affecta: illa vẽ negativa, cuius coniunctio est negata, siue interim tam affirmativarũ, quã negativarũ coniunctarũ prædicata, qua in simplicibus inclusa continent, negata fuerint siue affirmata.

Affirmativæ sunt igitur istæ copulativæ, et Sol lucet et dies est, et Sol non lucet et dies non est, et nox est et stellæ non lucent, et nox non est et dies est.

Negativæ sunt istæ non et Sol lucet et dies est, non et Sol non lucet, et dies non est, et sic de aliis præfigendo negationẽ.

Dicet et Petrus non studet, et Paulus non studet æquivalent istis, nec Petrus studet, nec Paulus studet. At hæ sunt negativæ, ergo et illæ.

Rndeo consa maiore, distinguendo minorem. Sunt negativæ ratione prædicatorũ et copulatorum verbaliũ, conc: min: sunt negativæ ratione coniunctionis, nego minorem.

Instabis dicendo particulã nec, ee coniunctionẽ negativã, Rndeo, transeat ee negativã, non est tamen negata. Particula enim nec, non est negativa hoc loco coniunctionis, sed negativa alicuius post se ponibilis ratione inclusæ negationis, ad tollendũ aliquid ordinatè. Quod patet inde manifeste, tum qa hæc particula dicitur copulatio: tum qa resolvit in has voces, Et, non: minime aut in istas. Non, et.

Dico 2.

Dico II. Id ipsum causalib. ꝓpositionib adscribendū ēe, quatenus coniunctarū ꝓpositionū nāam habent. Nam ut pertinent causales, ad secundū operōnē coniunctū fiunt affirmatiuæ, ob affirmatiū nexū tacite inclusum. V.G. ista causalis, qa Sol est, dies est; affirmatiua ē; habet enim sic acceptū sensū istum, et Sol est, et propter Solem, dies est. Ista vero causalis negatiua est; non qa Sol est, dies est. Sensum enim habet, non et Sol est, et ob Solem dies est.

Dico III. Rāonales ꝓpositiones, quatenus sunt ꝓpositiones coniunctæ, non differre a causalibus. Utraq; hæc rationalis. Petrus est homo, ergo animal: in quantū non argumentatū est, sed coniuncta ꝓpositio, sensum qdē habebit istum, et Petrus est homo, et ideo est animal; prinde, et proposita negōne fieri deberet negatiua hac forma, non Petrus est homo, ergo animal. Sed qa particula non, valde remota est, a particula ergo, qā afficere debet, prinde non videtr. ipsi incumbere: ideo addenda ē plūs expresse, qua latet particula, quia, hoc modo. non qa Petrus est homo, ergo est animal.

Patere potest ex dictis, disiunctiū consequenter ꝓpositionem, illā ēe affirmatiū, cuius particulæ non sunt negatæ, ut vel homo est brutum, vel rāonale. Et vel homo ō ē brutū, vel non est, rāonale. Negatiua disiunctiua est, cuius particula vel, aut, similesue sunt negatæ. Et non vel homo est brutum, vel rationale. Et non vel homo non est brutum, vel non est rationale. Et sic de aliis similibus constructionibus.

Dico IV. Veritas copulatiuæ, affirmatiuæ, tunc fit, cum utraq; copulatiuæ coniunctæ pars est vera. Falsitas, cum vel utraq, vel altera, vel si plures simplices includantur, cum aliqua est falsa, idq; certū sit etiā de causalib. et rāonalib. quatenus accipiuntr ut ꝓpositiones coniunctæ.

Porro ut sit copulatiua necessaria, debent ēe omnes partes necessariæ. At si una fuerit pars contingens, et nulla impossibilis, tota fiet contingens, si una impossibilis, ut Socrates ē lapis, et plato philosophatr; vel si partes sibi invicem repugnent, ut Socrates sedet et ambulat; tota fiet impossibilis. esto adsint aliæ partes necessariæ vel contingentes.

Disiunctiuæ ꝓpositiones illæ sunt veræ, quarum tantū una tantum pars est vera. Illæ falsæ, quarum omnes partes falsæ, aut omnes veræ. ut hæc est vera. Socrates aut logtr, aut non loquitur. qa sola una pars vera ē. Falsa ista, Socrates aut est lapis, aut planta, qa amba partes falsæ. Falsa et ista. Socrates aut est animal, aut homo. qa amba partes veræ.

Non placent plerīq; ex recentioribus: qui dicunt disiunctiū veram ēe, si vel una plures sus

vel etiam omnes partes sint vera. Falsam aut, cuius omnes sint partes falsæ. Patet. ex cap. 4. lib. 1. metaph. Aristotelis. qui dicit illam solã disiunctiuã ee veram, quæ in qua libet, Vtrum, formari potest. At illa sola, qua alterã partem falsam, alteram veram habet, in quæstionẽ Vtrum, vel similem redigi potest. Ergo. Minor patet ex eodem lib: et cap: Aristo: text 18. Ipsius inquit Vtrum quæstio semper in oppositis fit. Probatur idem, qa propositionis disiunctiuæ habentis vtramq; partẽ veram, non videtur posse inueniri vnus sensus. vt in hoc exemplo. vel homo non est spiritus, vel Angelus non est corpus. Non videtur posse inueniri alius sensus quam iste. homo non est spiritus, si Angelus est corpus. Angelus non est corpus, si homo est spiritus. Quæ sententiæ patet ee absurdas, et falsissimas.

Obiicies Christi Dñi verba. Matthæi 18. vbi sunt duo vel tres congregati in nõe mea, ibi sum in medio eorum. In qbus verbis disiunctiua est, neq; tamen excludens, hoc aut illud. Ergo. non esse ibi disiunctiuã propositionẽ: ideo nec resolui posse Christi Dñi verba in illã. nam si ita verba explices Saluatoris. vel sum in medio duorũ, vel sum in medio trium, falsũ explicabis. In omnisq; enim numeri constructione promisit se Deus adfuturum, non in alterutrius tantum. Addo non ee ibi disiunctionẽ etiam terminũ aut subiecti sententialem, sed verbalem, atq; particulã vel, sumi pro particula sive, permissiua quodammodo alterutrius. ad eundẽ finem. nempe binarii et ternarii ad præsentiam Christi in medio.

QVÆSTIO IV.


Quæ sit oppositio propositionum.

Oppositiones in propositionib considerari possunt, vel quatenus sunt ipsarum, vel quatenus sunt intra ipsas. Ipsarum, vt cum hypothetice absolutis, simplices coniunctis contra distinguuntur. Intra ipsas dupliciter, vel qa constãt propositiones terminis oppositis intra eandẽ speciem vel simplicium, vel coniunctarum; vt sic homo ẽ albus. hic homo ẽ niger, vel qa de iisdem terminis aliter atq; aliter habent se enuntiationes. Atq; sic modus oppositionis vltimus maxime spectatur a Logicis.

Cæterũ talis etiã oppositio dicti posse accipi, vel stricte vel late. Si late accipiatur, describetur ee duarũ propositionũ eadem prædicato et subiecto constantium in aliquo cum termini connexo repugnantia. In tali potissimũ acceptione statui vulgò solet quadruplex oppositio. Contraria, contradictoria, subcontraria, subalterna. quæ solent tali figura exprimi.

Figura

Figura Quinti.



Contrariæ dicuntur oppositæ illæ universales, quarum affirmat una, negat altera, vt omnis homo est albus, nullus homo est albus. Contradictoriæ vulgo censentur illæ, quarum altera vniuersalis est, altera particularis; negatiua vna, affirmatiua altera. vt omnis homo est albus. aliquis homo non est albus. et nullus homo est albus, aliquis homo est albus. Subcontrariæ dicuntur illæ particulares, quarum altera est affirmatiua, altera negatiua. vt aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus. Subalternæ dicuntur cum vna est vniuersalis, altera particularis, et vel vtraq; negatiua, vel vtraq; affirmatiua. vt omnis homo est albus, aliquis homo est albus. Et nullus homo est albus, aliquis homo non est albus.

Dico I. Vere atq; Aristotelice dicta oppositio Logica, non est nisi habeat repugnantiam secundum affirmationem et negationem eiusdem de eodem, quæ variari potest, pro vario quantitatis ad affirmationem vel negationem additione. vnde vera et Aristotelica oppositio desinit esse repugnantia secundum affirmationem et negationem eadem vel diuersa quantitate affectum. Ratio cur ipsa oppositio Logica non sit nisi adsit repugnantia affirmationis et negationis; quia Logica oppositio considerari debet in ordine ad positionem et substractionem alicuius in oppositione. Cum verba autoris (eiusdem de eodem) intellige observandam esse terminorum identitatem facta solum variatione in quantitate, aut in qualitate, et in quantitate. vnde termini non debent transponi sed quod est subiectum in vna, esse subiecti in altera: quod praedicati in vna, in altera oppositione, esse praedicatum. Hoc supposito.

Dico II. Contradictionem esse omnium oppositionum dignissimam, qua Aristoteles definit sic. Contradictio est affirmatio et negatio eiusdem de eodem. Fundatur haec oppositio in principio, noto lumine naturæ, illo. Non potest idem esse et non esse. Imo oves oppositiones eatenus sunt oppositiones, quatenus reducuntur ad contradictoriam. Nam primo duæ contrariæ

non possunt ee simul vere, proinde opponuntur in veritate. Quia alioqui darentur duae contradictoriae vere: Si enim vera est oppositio, omnis homo currit. Vera erit et ista. Petrus currit. Et contra Si vera esset nullus homo currit, vera eet et ista. Petrus non currit. Atq; hae rationes de uno eodem individuo videlicet Petro verificaretq, quod curreret et non curreret. At eadem oppositiones possunt ee simul falsae, secundum quam falsitate non sunt oppositae. Haec enim oppositio, omnis homo currit, continet istas, et Petrus et Paulus currit: fieret vero falsa, Si Paulus v.g. non curreret. Deinde nullus homo currit, comprehendit istas, Petrus non currit, Paulus non currit & fieret q, similiter falsa. Paulo v.g. currente. Cum aut oppositio non supra cadat item, contrariae non erunt oppositae secundum falsitatem.

Dico VII. Contradictionem non solum oppositionu ee clarissima, sed etiam sola. Probq. Illud solu est oppositio, quod est rao per qa aliqua opponuntur. Sed sola contradictio est ratio per qa aliqua opponuntq. Ergo sola contradictio est oppositio. Minor patet. Illud solu est ratio per qa aliqua opponuntq quod est alicui ratio inconsistentiae cum altero. Sed sola contradictio talis est. Ergo &. Dico IX. Contradictionis vt contradictio est, unam propriae loquendo speciem ee, plures tamen existentii modos, rone quantitatis adiunctae. Prima pars probq. qa essentia contradictionis consistit in affirmatione et negatione eiusde de eodem. Sed affirmao et negatio sic unius sunt speciei. Ergo &. Secunda pars constat, qa varia quantitate, contradictio afficitq. Nunc enim existit in singularib. nunc in universalib. nunc in universalib. ex una, et particularib. ex altera parte.

Sic fit Eabetq rone contradictionis posse accipi, tanqua quid commune ad contradictionem singularium et universaliu: et partim universaliu, partim particularium.

Contradictio singularium est affirmao et negatio de uno eodemq formaliter individuo. Vt Petrus est homo. Petrus non e homo. Contradictio partim universalium, et partim particularium est affirmao et negatio, de uno eodemq subiecto universaliter et particulariter accepto vt omnis homo est iustus. Aliquis homo non est iustus, et nullus homo est iustus. aliquis homo est iustus. Contradictio universaliu, qua specialiter contrarietas dicitur, est de eode subiecto universaliter accepto affirmao et negatio. vt nullus homo est albus. Omnis homo est albus. Contradictio singularium, est contradictio primo per se. Contradictio sine universaliu, inde particulariu, est contradictio rone prioris contradictionis

inclusam. Deniq; ultima contradictio, seu contrarietas, est contradictio ratione antecedentiu contradictionu inclusarum. Prima pars constat. Contradictio enim istarum. Petrus est iustus, Petrus non est iustus, ex nullo alio pendet. praterquam ex ipsis Iuris Singularib. Alter pars constat. na propositiones, omnis homo est animal, aliquis homo non e animal, ideo contradicunt, qa in propositione, omnis homo e animal continetur etiam a G. Petrus, In hac aut aliquis homo non e animal, fit negatio animalis de aliquo propter aliquu determinatu, a G. illu Petru. Tertia pars constat illud enim est nu contradictionis in contrariis, sine quo contraria non possunt contradicere, cu tamen ipsa sine contrariis contradicere queat, sed illa priores contradictiones existunt sine contrarietate, qa existunt sine duplici universalitate totali, ut patet. Et universaliter sine istis contradicere non possunt, qa si non asserenta, oes determinate Enes assi, vel non negarent omnes determinate Enes ee iusti, non fierent universales, contradicentes seu contrarie. Ergo sine contradicentib. Singularib. contrarie non eent contradicentes, neq; adeo eent contrarie.

INSTITVTIONIS DIALECTICÆ. Vel Logicæ PARS TERTIA.

De tertia intellectus operatione.

SECTIO I.

Octauus est dies ex quo inceptam Orationem Secundæ operationis intellectus concludimus. Bene profecto illatio seu tertia operationis intellectus coalescit nobis accidit, qua et secundam Iniamus, et tertia absoluta, totam Dialecticam concludamus.

QVÆSTIO I.

Quæ sint nomina tertiæ operationis.

Dicitur eo ipso nu tertia operatio, cuius ratio constat ex Secunda et prima operatione, vt supra. Dico 1. Tertiam operationē dici illationem, seu iudicium illatiuum, seu deductio vnius ex alio. vel cognitio illatiua vnius ex alio, et id genus: qa ex vna vel pluribus premissis, Secunda vel tertia Oratio enuntiatiua deducitur et infertur: Et qa aliud quiddam diuersu a precedentibus. Atq; hec sunt nna magis formalia tertiæ operationis, cætera licet assurpentur pro tertia ope-

rationis significanda, tamen illa non aequè formaliter explicant. Nam discursus potius significat ipsum tertiae operationis, vel Orationis includentis tertiam operationem, qã ea tertiam operationem. Discursus enim Quinus loci est motus intellectus ex noto ad ignotum. Ipse autem illatium illatiuum non est motus, sed notat motum intellectus ex alio ad aliud per se ipsum, id est per iudicium illatiuum. Quare tertia operatio, non erit discursus, sed erit in discursu. Similiter argumentatio, et ratiocinatio formaliter non sunt illatio, sed vel Oraõ illatiua, vel Oratio illatiua.

Dico II. Tertiã operationẽ dici non debere consequentiam vel sequelam, sed iudiciũ de consequentia vel sequela. Nam sequela vel consequentia non est in actu, multo minus est actus, sed est in re: sicut et connexio praedicati cum subiecto non est in actu, sed significatur per actum. Est enim consequentia ad positionẽ vel suppositionem unius, secutio alterius. Dicimus enim et qdẽ verè, unum ex altero sequi, consequi &c. non vero nos per actum facimus sequi aut consequi, si autẽ sequi et consequi est in re, certe in eadem re est secutio, et consecutio. Ubi enim forma est, ibi est quod habet formam

QVÆSTIO II.

Quid sit tertia operatio intellectus, et quotuplex?

Dico I. Tertiam operationẽ ee iudiciũ illatiuum unius ignoti ex alio noto, seu iudicium de consecutione alicuius ex positione siue admissione alterius.

Quidam tertiã operationẽ, appellant nunc Orationis tanquam generis, verũ colliger ex 2. operatione, tertiã etiam operationẽ, proprie non ee Orationem; esse autem potius verbum mentis. Si intelligas de tertia operatione mentali, oris vero verbum seu vocem, si intelligas de vocali, vel denique Scriptionis verbum, si descripta.

Atq exprimitur etiam hoc iudicium unica illa particula Ergo, vel simili notante consecutionem unius ex alio. Unde et dixi, tertiam operationem ee iudicium de consecutione alicuius. Cum dico tertiam operationem ee iudicium, pono genus: cum dico de consecutione alicuius vel illationis, pono differentiam. Consecutio vero intelligitur sic realis.

Dico II. Tertiã operationẽ dividi in formalẽ et materialem. Formalis est positio consequentis post se ob oppositionem antecedentis, cui connectitur vel necessario vel ut plurimum. Priori genere non [illegible]

Secutio reperitur in eadem re, siue eodem modo licet pluries, siue aliter aliquanto et equipollenter apprehensa, vt omne album est corpus. Ergo nullū album non est corpus. Talis item consecutio est in definito et in definitione comparatis secum. vt est homo. Ergo animal rationale. Est animal rationale, Ergo homo. Talis in conuertibilibus. vt est homo, ergo risibile, Est risibile. Ergo homo. Talis consecutio est superioris ex inferiore, vt animalis ex homine: Partis ex toto, vt alicuius trīs ex [illegible]. Conuertentis ex conuersa seu subiecti ex predicato secundum formas conuersionibus debitas. vt nullus lapis est homo, Ergo nullus homo est lapis. Talis consecutio effectus ex causa necessario connexa, vt diei ex sole. Causa ex effectu inseparabili a causa, vt solis ex die. Et si qua sunt id genus.

Secundi generis consecutiones formales sunt, cum ponitur consequens ex antecedente, ex quo immediate sequi solet, non tamen semper sequitur. vt Mater est. ergo diligit filium. Materialis consecutio positio consequentis ex antecedente posito, cui tamen consequens non est tanquā causa siue essendi, siue cognoscendi per se et immediate coniuncta. Eadem duplex est: 1. cum antecedens et consequens necessario coniuncta sunt. 2. Cum non necessario coniuncta sunt. Materialis consecutio necessaria est. v.g. homo ē animal. Ergo omnis homo est animal. Materialis qdē ē. qa homo animal non est per se ipsum causa, vt omnis homo sit vel cognoscat animal, sed per aliud aliquid. Necessaria vero qā et suum eē suum necessariū ē eē animal. Materialis ꝓbabilis exemplum esto. Iuit Petrus ad templum, Ergo aut illo die: Ergo saluabit. Non enim itio Petri ad templū est immediate causa salutis, neq; etiam necessaria potest, enim, ire et non saluari; et saluari licet non iuerit. Accidit tamen vt una visitatio templi fuerit origo efficationis grāe et cæterorū ad salutē aternā perducentium.

Obycies cum includant et includantq; diuisiones in se ipsas, non debent dari tanquam diuersæ. Rndeo 1. diuisiones varias institui solere ex variis considerabilibus in eisdem dividentibus membris, quod siquidem fiat cum indubione mutuā fiunt ipsa, et diuisionis diuersitas. Exclusio autem solum necessaria est in partibus dividentibus eiusdem diuisionis. Nam vt ex hā parte constat vitiosē dividit, qui repetit in posteriore diuisionis parte aliquid eius rei, quam posuerat in priore.

Rndeo. 2.

Respondeo II. Non solum ratione diuersarū formalitatū, verū etiam ratione diuersorū inclusorū ē ista diuisionem diuersa. Pars enim omnis diuisionis non includit partē alterius diuisionis adæquatè, sed inadæquatè. Nam necessaria consecutio non omnem formalem comprehendit, nec omnem materialem. Consequenter probabilis non omnem formalē, nec omnem matalem. Et ē contra tam formalē, quam materialē, neq; omnē necessariam, neq; omnē probabilem includunt.

DICO III. Ad bonitatē illationis non requiri veritatem antecedentis, sed sufficere si ex antecedente propter suppositionē saltem vero; consequens fiat verum. Vnde non solū ista illatio datur, Petrus est homo: Ergo animal. Verum etiam ista. Petrus est lapis, ergo non sentit. Sequitur enim ex suppositione Petri lapidis, non sentiens Petrus; non minus qā sequatur ex lapide ipso non sentiens.

QVÆSTIO III.

•Quæ sint regulæ consequentiarum?

Octo præcipuæ sunt. I. Ex vero non potest sequi nisi verum. At verum sequitur ex vero et falso. Nam positis veris præmissis nunquam adiuncta consequens falsum. Positis non veris præmissis, sæpè consequens verum habebis. Vt omne virtuosum est laudandum; iniustitia est virtuosa. Ergo iniustitia est laudanda. Verissimū consequens, et si antecedens totū falsissimum.

II. Ex falso potest colligi tum verum tum falsum. Verū, vt homo est lapis, ergo substantia. aut vt supra. Falsum, vt ex eodem priore exemplo. Homo est lapis: Illud consequens, Ergo homo est non sentiens.

III. Ex necessario non infertur nisi necessarium: Ratio est, quia necessarium semper est verum. Contingens autem potest ē falsum: et impossibile semper est falsum, vnde si ex necessario possit inferri contingens, aut impossibile, posset etiam ex vero inferri falsum, contra legem primam.

IV. Ex contingenti nunquā colligitur impossibile, sed vel necessarium vel contingens. Ita patet; qa cum contingens possit ē verum, et impossibilē semper sit falsum; si posset impossibile colligi ex contingenti, posset ex vero colligi falsum contra regulam primam.

Secunda pars probatur exemplis, nam ex Hoc contingente, Petrus est Philosophus, Sequitur Hoc necessarium Ergo est rōnalis. Et ex Hoc contingente, Paulus est Medicus, Sequitur Hoc contingens, Ergo est Dialecticus.

V. Ex impossibili potest sequi quodlibet, nempe et necessarium, et contingens, et impossibile.

Sed impossibile non sequitur præter quam ex impossibili solo, sicut et falsum, ex solo falso, contra quam verum quod infertur ex vero et falso.

VI. Quidquid stat cum antecedente, stat cum consequente. Seu quidquid est verũ cum antecedente, verum est cum consequente: non contra. Sit antecedens, aliquis homo est albus, consequens, ergo aliquis homo est coloratus: Si Petrus v.g. stet cum antecedente, idẽ cum albo, stabit etiam cum consequente, idẽ, colorato. At vero licet stet cum consequente, equus nempe cũ colorato, potest non stare cum antecedente, nempè cum albo, licet enim fuerit niger, satis bene dicetur coloratus.

VII. Quod repugnat consequenti, repugnat antecedenti, non contra; vt qa repugnat animali insensitiua, repugnat etiam homini. Non tamen qa repugnat homini irrationalitas, repugnat et animali.

VIII. Ex quo sequitur antecedens, sequitur consequens, et quod sequitur ex consequente sequitur ex antecedente, vt in tali argumentatione. Homo ẽ animal, Ergo homo est viuens. Pro antecedens homo est animal potest inferri ex ista propositione, homo est rationalis, vnde ex eadẽ inferri potent homem ẽ viuentem. Iam deinde sit argumentatio; homo est animal, ergo est viuens, Ex isto consequente nempe sine viuente sequitur substantia, seu homem ẽ substantiam. Quare etiam ex antecedente animali, seu sine animali, eadẽ substantia, siue homo substantia consequetur.

QVÆSTIO IV.

Quid sit illatiua Oratio, seu argumentatio, et quotuplex?

Argumentationẽ sumi dupliciter, vel pro actione argumentandi, et quasi verbaliter: vel pro ipso, qui fit per actionem, et argumentatione priori modo dictam.

Dico 2. Argumentationem pro actu ipso, qui fit per actionẽ acceptam ẽ idem cum illatione, illatiua. Vnde cum illatiua Oratio distinguatur ab illatione, sicut enuntiatio, siue enuntiatiua operatiua, ab Oratione enuntiatiua, ideo et argumentatio ab illatione distinguetur.

Dico 3. Argumentationẽ solere describi per orationem, in qua vnum ignotum ex altero notiori consequi designatur. Qua describendi ratione excluduntur ab argumentatione omnes illæ orationes, in quibus idem ex se ipso infertur. Excluduntur item illæ orationes, quæ ita

positiæ sunt, vt nulla ex altera sequi inuatur, vt si dicas. Petrus est animal, et Petrus est substantia. Quare secundum hanc descriptionem tria vindicabuntur argumentationi. 1. id ex quo infertur quidpiam, quod nomine communi vocatur antecedens. 2. id quod infertur dictum consequens vel conclusio. Tertiò illatio per particulam Ergo designata, quæ alio nomine sequela, atq; etiam consecutio dicitur.

Dico iii. Diuisio argumentationis in bonam et malam, locum hic non habet. Si enim, iuxta dictum Aristotelem syllogismus vitiosus non tam est syllogismus, quam vitiosus syllogismus dicendus: non aliter de argumentatione, vel diuisione tali argumentationis censendum est. Aliqui argumentationem diuidunt in formalem et materialem.

Dices datur illatio necessaria etiam materialis. Ergo datur argumentatio necessaria materialis. Rndeo negando consequentiam. Ratio disparitatis est, qa illatio non dicitur necessaria ea necessitate quæ sit ex ipsa, sed qua sit ex alio, circa illationem posito. Cum vero circa illationem sit et materia et forma, seu dispositio terminorum, talis vel talis: perfecta vel imperfecta: potest et a forma, et a materia talem illationem omnino exigentibus, et ad ipsam quodammodo necessitantibus appellari illatio necessaria. Aut non argumentatio, non dicitur necessaria ex aliquo circa se; habet enim cur dicatur necessaria ex aliquo intra se.

TERTIÆ PARTIS.

SECTIO II.

De speciebus, figuris, & formis argumentationis.

QVÆSTIO I.

Quæ, et quid sunt singulæ species argumentationis?

Quatuor species assignari argumentationi, Enthymema, Inductionem, Exemplum, et Syllogismum. Enthymema dicitur argumentatio, in qua ex una propositione infertur conclusio, vt Petrus est homo, ergo est rationalis. Inductio dicitur argumentatio a singularibus ad

dligendam vniuersalem, vt Petrus, Paulus, et ceteri Xpiani in particulari. Sunt admirabili. Ergo omnis homo est admirabilis. Exemplum dicitur argumentatio ab vno vel pluribus similibus ad aliud simile. Seu Oratio illatiua in qua infertur argumentū ab exemplo.

Dico II. Syllogismum describi ab Aristotele sic. Est Oratio in qua quibusdam positis, alterum quid a positis necesse est contingere, eo quod hec sint. In hac definitione Oratio est per modum generis, reliqua particula constituunt differentiam. Ex dictis de Syllogismo mihi ea eius consequi potest, que duplex est, proxima, et remota. Proxima propositiones. Remota termini. Termini tres ee debent, cum enim Syllogismus dicat connexionem duorū, aut per aliquod tertium connectuntur, sequitur debere poni duos in consequente, vnū tanquam subiectum, alterū tanqā predicatum: Et preterea debere ee alium tertium, qui duos illos tangat in premissis. Ex tribus istis terminis, duo qui in Conclusione ponuntur, et qui cum tertio iunguntur in premissis, dicuntur extrema. Ille quoq; quidem dicitur maius extremum, alter minus extremum. Tertius terminus qui non ponitur in Conclusione, dicitur medius terminus, vel medium. Sicut aut extremū aliud maius aliud minus dicitur, ita et premissarum, vna maior altera minor appellatur.

QVÆSTIO II.

Quid sit forma et figura argumentationis!.

Dico I. Figurā ee aptam ordinationem medii, et extremorum secundū subiectionem, et predicationem. Erit vero apta, si in altera propositione sit maius extremum, in altera mi. aut, in conclusione vtrumq. Medium vero simul singulis iungatur extremis, neq; conclu. sionem ingrediatur.

Dico II. Formam seu modum, ee aptam ordinationem propositionū inter se secundum debitam qualitatem et quantitatem, siue secundū affirmationem, vel negationem, et vni. uersalitatem, vel particularitatem. Vt igitur dicatur quis argumentari in forma, non satis est in quapiam figurarum; sed opus preterea in quopiam modorum contineri argumentum.

QVÆSTIO III.

Quot sint figurae argumentationis!.

Dico tres ee, qa triplex tantum dispositio termini medii, cum extremis terminis fingi

potest. Nam vel subiicit medium in vna ꝓpositione, predicatum in altera, vel predicatur in vtraq, vel in vnaq subiicitur. Vbi erit predicatū et subiectū medii, ibi prima figura: vbi predicatū tantum, ibi secunda. vbi subiectū tantum, ibi tertia. Tres igitur tantum figure, prima, secunda, tertia. Quomodo autem in singulis figuris medium se habeat, meminisse poteris ex versiculis istis

Subiicit et dicit medium, qua prima figura est:
Altera bis dicit, subiicit vltima bis.

Modi vtiles ad inferendam conclusionē, vulgo ly assignantur, iiq; sic versibus comprehensi.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton.
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.
Cesare, Camestres, Festino Baroco, Darapti.
Felapton, Disamis, Datisi Bocardo, Ferison,

Singule dictiones significant modos singulos. g. comprehensa, primis duobus versibus seruiunt prima figure. Quatuor dictiones ex tertio versu post Baroco inclusiue, seruiunt secunde. Reliquum seruit tertie. Singulaꝝ dictionū prima syllaba maiore, siue ad ꝓpositionem, za minorē, ꝫa tenetur conclusionem. Si plures tribus in aliqua dictione adsint syllabe, non est habenda ratio vltimarum syllabarum quia metri tantum causa, tribus adnectunt. Vocales in singulis syllabis contente, qualitatem et quantitatem ꝓpositionū significant, iuxta vulgarium carminum doctrinam

Asserit A: negat E: verum generaliter amba
Asserit I: negat O; sed particulariter ambo

Vbi ergo vocalis A reperitur, ibi ꝓpositio correspondens vocali vniuersaliter affirmabit. vbi reperietur E, ibi correspondens ꝓpositio vniuersaliter negabit. vbi I, particulariter affirmabit. vbi O, particulariter respondens ꝓpositio negabit.

Detur exemplum primum modum voce Barbara expressum in eo, qa in omnibus syllabis vocalis A reperitur, ideo omnes ꝓpositiones vniuersaliter affirmatiue erunt, vt omnis homo est animal; Omne rationale est homo, Ergo omne rationale est animal.

At vero qa dictio Celarent, primo loco habet vocalem E, secundo vocalem A

A, et ultimo iterum E. Ideo argumentum formari debet, ex maiore negatiua uni. uersaliter, minore affirmatiua uniuersaliter, et conclusione demũ, negatiua uniuersaliter. ut

Nullus homo est lapis,
Omne risibile est homo
Ergo nullum risibile est lapis

Omniũ horũ modorũ, alii sunt directi, alii non directi. Directi modi sunt, in quibus predicatur et subiicitur, quod debet predicari et subiici. Indirecti sunt, in quib⁹ id predicatur, quod subiici, id subiecti quod predicari, respiciendo ad expectationẽ rationis naturalis, debet. Exemplis clarum id fiet. Sint premissa disposite in prima figura. ut Omne animal est sensitiuũ; Omnis homo est animal, Ergo oĩs homo est sensitiuus, Vel, Ergo aliquis homo est sensitiuus.

Debuit sic inferri, non hoc modo, Ergo aliquod sensitiuũ ē homo. Qã videlicet in prima predicabatur sensitiuum, et homo in secunda subiicebatur.

Item in secunda figura, dispositis istis premissis, qr oĩs auis potest volare: Nullus homo potest volare. Magis expectat intellectus istam conclusionẽ inferri, Ergo nullus homo est auis. quã ista, Ergo nulla auis est homo.

Denig⁹ dispositis in tertia figura sic premissis, Omnis homo est animal, aliquis homo est albus. Magis speratur ista conclusio. Ergo aliquod album est animal, quã ista. Ergo aliquod animal est album. Qa animal in priore, in posteriore predicabat album.

Directorum in prima figura modorũ, 4. numerant. Barbara, Celarent, Darii, Ferio. & reliqui indirecti

QVÆSTIO IV

Quæ sunt leges omnibus figuris communes?

& v.

Prima est, ex particularibus duabus ai formã nihil inferri in ulla figura. vt in prima ex premissis istis, quoddam currens est equus. quidã homo est currens. Pessime colligit. Ex. quidam homo est equus. Prior propositio ly currens habet suppositum pro eo currente quod est equus, posterior uero propositio ly currens, habet suppositum pro eo, quod est homo. Vbi uero sit simplex, ne tamen est medius terminus duplex.

Secunda ex puris negatiuis, in nulla figura ui formã inferitur quidquam, rãõ ē, qa medius terminus debet in premissis cum uno saltem extremo conuenire, vt per illum ostenda. tur extrema conclusionis conuenire, uel non conuenire inter se. In puris aũt negatiuis

medium cum neutro conuenit extremo, ut vider in tot exemplo. Nullus homo volat. Nulla auis est homo: Ergo nulla auis volat.

Dices Sic Syllogismus Si celestis substantia non est spiritualis, non est Angelus; sed celestis substantia, non est spiritualis. Ergo celestis substantia non est Angelus. Licet ista ex puris negatiuis, tamen est bonus. Quod negando absolute datum Syllogismum ee ex puris negatiuis. Prior enim premissa cum sit conditionata, nihil ponit in actu, proinde nec mysterium.

Tertia conclusio in Syllogismo sequit debiliorem partem pro qua aduersa ipsa competere Syllogismo ratione materie, quadam ratione forme. A materia venit veritas, necessitas, contingentia &. A forma bonitas consequentie. Regula igitur certa est de debilitate trahente se ex parte forme, idq; potissimum in duobus; primo ut si premissa quapiam fuerit negatiua, sit et conclusio negatiua. Sic Si quapiam particulari, sit particularis et conclusio. Primo exemplum. Nullum viuens est lapis. Omnis homo est viuens. Ergo nullus homo est lapis. Non potuisti inferre Ergo homo è lapis. Qa lapis nequit magis conuenire cum viuente quam homo conuenerit cum viuente homini identificato. Cum vero in antecedente negauerit lapidem de viuente, homini identificato, eundem in conclusione neges de viuente, secus esset.

Quarta, non est distribuendus extremus in conclusione, quod non est distributus in premissis. Jam vero illud distribuitur, quod attingitur signo vniuersali, vel affirmatiuo omnis, vel negatiuo nullus. Si sit affirmatiuum signum, in principio & positionis solum subiecti distribuitur. Si negatiuum, Nullus vel particula Non, ante nexum principalem; et subiectum distribuetur, et Predicatum: Negatio enim dicitur malignantis nam, quae quidquid possit inuenerit, neget. Vnde sic ita argumenteris.

Omnis homo est rationalis. Omnis homo est substantia.
Ergo omnis est substantia rationalis

Distribuis substantiam in conclusione, hoc est accipis pro omni substantia, cum tamen in maiore, non distribuerit neq; affirmaueris, omnem eam de substantia, sed tantum de substantia, i.e. aliqua ista vel illa.

Quinta, medium saltem in altera premissa, perfecte distribuendum est. Vnde male concluditur. Omne viuens substantia est, omnis lapis substantia è, Ergo omnis vel aliquis lapis est viuens. Qa scilicet substantia, quae est medium in vtraq premissa, sumitur pro omni substantia.

tia.

Sexta, medium non ingrediatur conclusione: Ratio est, qa non differret conclusio a premissis

QVÆSTIO V.

Quid de Enthymemate, Inductione, (Exemplo) Dilemmate, et Sorite sit dicendum?

Dico I. In Enthymemate cē probationem eiusdem conclusionis per idem medium addita oppositione aliqua. Facile autem aduertes qua oppositio desit. Nam si in antecedente cum medio termino fuerit prædicatum conclusionis, deest minor. vt in hoc Enthymemate. Omne animal est substantia, Ergo homo est substantia. Quia cum medio, id ē animali iungitur in antecedente ly substantia, conclusionis prædicatum; desideratur ista minor, Omnis homo est animal. Si vero in antecedente cum medio sit subiectū conclusionis, desiderat maior. vt homo est animal. Ergo homo est substantia. Antecedens cum medio ly animal, habet subiectū conclusionis ly homo. Ergo requirit istam maiorem, Omne animal est substantia.

Dico II. Inductionē cē a singularib. ad vniuersale progressionem. Reducit ad syllogismū addita minore. Qa Inductio idem semper habet in antecedente et consequente prædicatum. Reducitur ferè ad tertiā figuram: vt homo sentit, et brutum sentit, Ergo omne animal sentit. Addo minorem; homo et brutum sunt omne animal: Et fit syllogismus integer in tertia figura.

Dico III. Exemplum quod est rationis, qua aliquid ex uno, vel paucis similibus confirmatur, non ita facile ad syllogismum reduci posse. Duos enim in reductione ipsius vocant Authores constructi syllogismos; priorem in tertia, posteriorē in prima figura. Sit para. digma. Dauid obtinuit condonationem peccati, qa egit pœnitentiam. Ergo et Sic peccator, qui agit pœnitentiam, obtinebit condonationem peccati. Hoc primum præcipitur, vt fiat in tertia figura talis syllogismus. Dauid obtinuit a Deo condonationē peccati. Sed Dauid egit pœnitentiam; Ergo is qui agit pœnitentiam, obtinebit a Deo condonationē peccati. Tum aliud in prima figura formari iubet assumpta conclusione superioris pro maiore sequentis syllogismi. vt is qui agit pœnitentiam obtinebit a Deo condonationē peccati. Sed Sic peccator agit pœnitentiam. Ergo Sic peccator obtinebit a Deo condonationem peccati.

Verum nescio an non euidentius institui possit reductio exempli, Si v.g. Hypoteticus hoc syllogismus, vt si dicat ita. Si Dauid obtinuit veniam, qa egit pœnitentiam; obtinebit et iste peccator, si egat pœnitentiam. Sed Dauid obtinuit veniam, qa egit pœnitentiam. Ergo et iste obtine-

bit. Si agat pœnitentiam

Dico IV. Sorites, qui etiam argumentatio a primo ad vltimum fit, cum in continuata serie multarū ꝓpositionum nouum semper de prædicato præcedentis ꝓpositionis dicitur prædicatum, donec vltimū prædicatum dicatur de subiecto primo. Vt omnis homo est animal. Omne animal est viuens. Omne viuens est corpus. Omne corpus est substantia. Ergo omnis homo est substantia. Primū subiectum fuit, homo, vltimum prædicatum, substantia, et hæc in conclusione iungunter.

Dico V. Dilemma videtur ee quidam implicitus syllogismus de recto præsertim disiuncto. Vt patet ab exemplo. Vel seruasti rectè depositum vel non seruasti. Si seruasti, nullus illud accepit præter te: Si non seruasti: tua culpa periit. Ergo proinde, teneris illud restituere.

Sic poes reducere ad formam, Qui depositum vel cum seruasset accipit, vel cum non seruasset, culpa sua amittit, tenetur restituere. Sed tu vel cum seruasses accepisti: vel tuâ culpa amisisti cum non seruasses: Ergo teneris restituere.

QVÆSTIO VI.

Quid de Syllogismo expositorio sit dicendum?

Dico I. Expositorium dici, vel qa per eum exponuntur syllogismi, medium habentes communne. Vel qa tam est clarus, vt rem aut veritatem exponere oculis videatur. Inde etiã Demonstratio sensibilis solet appellari. Duplex est, alius qui et præmissas singulares, et medium singulare: alius qui tantum medium habet singulare; ille magis, iste minus ꝓprie expositorius est.

Primi generis expositorius, hoc est, constans et medio et præmissis singularibus duplici modo in prima figura concludit. 1o, ex vtraq; singulari affirmante, inferendo conclusionē singularem affirmantem. Vt Petrus est Logicus; Sic homo est Petrus: Ergo Sic homo est Logicus. 2. Ex prima negante, secunda affirmante colligendo singularem negantem. Vt Petrus non est Logicus. Sic homo est Petrus, Ergo Sic homo non est Logicus.

Dico 2. In secunda figura tripliciter fieri expositorios syllogismos primi generis. 1. ex vtraq; affirmante affirmantem. Vt Sophronisci filius est Socrates, sed magister Platonis est Socrates, Ergo magister Platonis est Sophronisci filius.

II. fit expositorius in secunda figura, ex prima negante, 2ã affirmante, colligendo negantem. Vt Petrus non est Paulus. Sic Logicus est Paulus, Ergo Sic Logicus non est Petrus.

Tertio ex prima affirmante, secunda negante, colligendo negantem. Vt Petrus est Iohannis filius — — — Paulus

Paulus non est Joannis filius, Ergo Paulus non est Petrus.

Dico III. In tertia figura duo modi sunt expositorium primi generis. Primus tam directe quã indirecte, ex vraq. affirmante singulari inferens conclusionẽ affirmantẽ, vel singularem si prædicatũ minoris singulare fuit; vel particularem si prædicatum minoris fuit commune. vt Sic homo est sapiens: Hic homo est Socrates, Ergo Socrates est sapiens. Conclusionẽ habet singularem, quia prædicatum minoris est singulare, quod in conclusione subiicitur. Illa vero propositio censetur singularis, quia habet subiectũ singulare, quale quale accidat prædicatũ. At si dicas. Socrates est sapiens: Socrates est pauper; debes inferre; Ergo quidã pauper est sapiens. Ea præ-dictum minoris fuit commune.

Secundus modus tertiæ figuræ est ex prima negante secunda affirmante inferre conclusionem negantem, vel singularem vel particularem, propter similem causam eius quæ supra. vt Petrus non est sapiens, Petrus est sic homo. Ergo non est sapiens. Et. Petrus non est dives, Petrus est sapiens. Ergo quidam sapiens non est dives. In priore exemplo conclusio singularis, quia subiectum quod fuit minoris prædicatum, est singulare. In secundo exemplo conclusio particularis, ob causam oppositam

QVÆSTIO VII.

Quid de Syllogismo ex obliquis dicendum sit!

Syllogismus ex obliquis ille vocatur, qui aliquem terminum, non in recto casu positum habet. Illo breue et bonum est autorum præceptum. vt cum dubium habet illationis rectitudi-nem, sensu immutato reuocetur ad propositiones ex rectis casibus. Vbi si rectè propositiones inferant conclusionem, eiusdem sententiæ cum ea quæ infertur ex obliquis dicetur aptè Syllogismus conclu-dere ex obliquis: Secus autem, ineptè. Legiers istius Syllogismi numerantur 4. quarũ prima est modis affirmatiuis Si vna tantũ propositio ex obliquo est, bene sequetur conclusio ex obliquo, modo hoc obseruet. Alterum, vt extremũ obliquum in antecedente sit obliquũ in consequente. Alterũ cum medium fuerit obliquum in vna præmissa, extremum alterius præmissæ sit obliquũ eri con-clusione. vt

Omnes res creatæ gubernantur a Deo.

Sed omnes cogitationes sunt res creatæ a Deo

Ergo omnes cogitationes gubernantur a Deo.

Videt extremum quod fuit obliquũ in antecedente, eẽ obliquũ in consequente.

Luna

Semetur secundum in 6or exemplo. Vt. Deus est in omni loco: Infernus est locus. Ergo Deus est in inferno.

Locus est medium obliquè positum in maiore, unde alterius præmissæ extremum rectum, infernus ponitur in conclusione obliquè.

Altera lex in modis negatiuis Si tantum affirmatiua fuerit ex obliquo, negatiua uero ex recto, nihil sequi vi formæ. Vt omni homini inest intellectus. Sed Nullus Angelus est homo, Ergo nulli Angelo inest intellectus. At Si negatiua fuerit ex obliquo, sequetur conclusio ex obliquo, Semetis conditionibus, in prima regula positis. Vt nullum vitium est in Deo: Omnis acceptio personarum est vitium. Ergo nulla acceptio personarum est in Deo

Tertia est in modis affirmatiuè concludentibus Si vtraq; præmissa fuerit ex medio obliquo, vel vna q; ex obliquo extremo, nihil sequitur vi formæ. Vt Omni homini inest sensus; omni homini inest color. Ergo color est sensus. Limitanda tamen dicetur hæc lex, nam si extrema iungantur in conclusione ea propositione, qua in præmissis iungebatur, recta fiet illatio, Vt omni homini inest sensus. omni homini inest color. Ergo alicui cui inest color, inest sensus.

Quarta est, in modis negatiuis Si ambæ præmissæ ex medio obliquo vel ambæ ex obliquo extremo fuerint, efficitur conclusio ex rectis. Vt Nullam virtutem odit Deus, Ergo temeritas non est virtus.

TERTIÆ PARTIS.

SECTIO III

De locis Sophisticis.

Tradunt hic aliqui artem inueniendi medium, quam pontem asinorum appellant. Sed cum pons iste nimis vtiq; subtiliter et anguste fabricatus, non tam periculose, quam non adeo commoditer inambuletur, et cum transeundi alia sit via ad sublimitatem Philosophiæ, nos ipsum, relinquamus intactum.

QVÆSTIO. I.

Qui sint modi Sophismatum, et quæ illorum Solutiones.

Dico. Sophisticum syllogismum, seu Sophisma posse latius sumi et strictius. Late sumptum comprehendit et pseudographum, et eum qui peculiariter Sophisticus appellatur, qui etiam stricte solus est Sophisticus.

Pseudographus describitur esse ille, qui ex falsa alicuius scientiæ materia, non veris tamen

sumptionibus. Sed quæ vere ac necessaria videntur, colligit conclusionem. Vt si dicas, quorum circumscriptio seu ambitus est æqualis, ipsa sunt æqualia. Sed triangulii et quadrati, ex linea æquali partes omnes desumentia, sunt ambitus æqualis. Ergo sunt æqualia. Maior mentitur veram descriptionem. Nam Mathematica et experientia demonstrat plurima capaciora, seu maiora esse, quæ sunt ambitus minoris, vel paris.

Sophisticus Syllogismus prout Pseudographo contra distinguitur, describit ex Aristo: ee Syllogismos ex iis quæ videntur probabilia, nec sunt, et aliquid videtur concludere, non tamen concludit. Communis Sophistæ finis, ad quem per tales Dialecticorum Syllogismorum larvas collimant, est deceptio. Sed particulares fines sunt 5. quos metas appellant: vel qa meta sistat finem: vel quia qui in illas impingunt, hærent ibi progredi aut regredi nescientes.

Prima meta Elenchus, seu representatio, aut redargutio, cum videlicet respondentem Sophista, eo deducit, vt neget quod concesserat, vel concedat, quod negauerat. vt si negauerat dormientem videre. et postea concedat habere visum.

Secunda meta, Falsum. cum eo deducitur respondens, vt concedat aperte falsum, vel neget aperte verum. Vt si admitteret habere se alas, quia eas non amisit.

Tertia meta Inopinabile, quod est concessio communi sensui vel certe circumstantiis opinioni repugnans.

Quarta meta Solœcismi, cum Sophista cogit admittere locutionem incongruam. Vt omnis homo est sensitivus. mulier est homo, Ergo mulier est sensitivus.

Quinta meta Rugationis, id est, eiusdem vocis inutilis repetitio, vt si cogat Sophista dicere, aliquem nasum, ee nasum simum.

Argumenta adhibent Sophistæ ad hæc accomodata ex locis suis, seu fallaciis. Ad fallacias duo concurrunt. Imo causa apparentiæ, tu cassa defectus. Apparentiæ causa est id, ob quod validus videtur argumentatio, qualis est identitas æquivocæ vocis. Causa defectus seu non existentiæ est id, ratione cuius invalida est argumentatio.

Quinque loci fallaces, in fallaciam in dictione: et fallaciam extra dictionem. Fallacia in dictione est, quæ causam apparentiæ habet in dictione. Fallacia extra dictionem est, quæ causam apparentiæ habet in rebus per voces significatis

Primi generis. Sunt 6. Secundi 7. Omnes 13. Prima fallacia in dictione est æquivocatio, cum aliter atq aliter vox accipitur, sive quia æquivoca est, sive quia Analoga. Vt

Omnis canis latrat: quoddam sidus celeste est canis: Ergo quoddam sidus celeste latrat.
Secunda in dictione fallacia est Amphibologiæ, quæ provenit ex Oratione in vario sensu accepta
id q sive manente eadem constructione, sive non. vt qui Lityus arat, scindit terram. Sed qui
Sebetem docet, Lityus arat. Ergo qui Sebetem docet scindit terram.
Tertia fallacia est Accentus, quæ provenit ex accentu vocis mutato, vel propter aspirationem, vel
quantitatem, vel diphtongum &. vt qui lepores venatur canibus indiget. Poeta lepores venatur,
Ergo canibus indiget.
Quarta et 5. fallacia est compositionis et divisionis, quæ fit dum a sensu composito vero, ad
divisum falsum, vel contra fit illatio. Sensus dicitur compositus, cum formale significatum
prædicati, applicatur formali significato subjecti, seu cum aliquid tribuit alicui, quatenus est
cum alio coniunctum. Divisus dicitur, cum formale significatum prædicati, applicatur tantum materiali, significato subjecti. vt Possibile est sedentem ambulare. Ergo potest quis dum sedet ambulare.
Nihil consequentia valet, qa prima propositio vera est ex eo, quod ambulatio formale significatum prædicati, applicetur tantum materiali significato subjecti, nempe ei, qui sedet sine
sessione accepto. Sic et illud, duo et tria sunt 5. in sensu composito verum est, in divi-
so falsum
Sexta et vltima in dictione fallacia est, figuræ dictionis; præbens captionis occasionem, ex vocum diuersarum similitudine, cum videlicet ob istam similitudinem tribuitur
vni, quod alteri conuenit. Accidit hoc dupliciter. 1o cum eadem Grammatica proprietati
pluribus similibus datur. vt frons est femininum, ergo et fons. 2. cum vnius prædicamenti alteri tribuunt, vel explicite. vt cubitale est prædicamentum quantitatis, ergo
et substantiale. vel implicite cum v.g. sub signo significante substantiam, subsumitur quantitas, qualitas &. vel contra. vt quidquid emisti, comedisti. Carnes crudas emisti. Ergo
carnes crudas comedisti.
Porrò signum substantiam significans seu quiditatem rei est, ly, quidquid, omne &. quantitatem. ly, quantus, quantuscunq. qualitatem, ly, qualis, qualiscunq.
Fallaciæ extra dictionem, seu fundatæ in rebus sunt septem. 1a accidentis, in qua vitiose
infertur aliquid conuenire cuipiam ex eo, quod conueniat eius accidenti. Accidens autem
id dicitur, quidquid aliquo modo distinguitur ab altero, de quo tamen potest prædicari, sive
essentialiter, sive accidentaliter. vt Homo est disibabum. Homo est substantia, Ergo substan
tia est

hia est dissilabum.

Ad hunc locu pertinent omnes variationes Suppositionum, et argumenta procedentia a non distributo ad distributum. Secunda extra dictionem, est dicti secundum quid et simpli. citer, cum a secundum quid, ad simpliciter concluditur, vel contra. Vt Aethiops est albus secundum dentes. Ergo est albus. vel. licet Christiano vesci carnibus. Ergo licet etiam in quadragesima. Tertia, est ignoratio Elenchi. Elenchus vero vt dixi. est, redargutio, seu syllogismus illationis contradictorii eius quod concessum est. Bonus Elenchus est, cum in bona forma, vera contradictio infertur. Captiosus Elenchus, cum non infertur verè contradictorium, vel non in bona forma. Ad veram autem contradictoriam q. precipuè necessaria: vt sit affirmatio et negatio eiusdem de eodem, secundum idem, pro eodem tempore et loco. Non erit igitur Elenchus verus. V.G. currit lente, et non currit velociter. Ergo currit, et non currit

Quarta extra dictionem Consequentis. cum concluditur a positione consequentis, non conversibilis ad positionem antecedentis: vel a destructione antecedentis, ad destructionē consequentis non convertibilis. vt Si est ignis, non est substantia. Ergo si est substantia, est ignis.

Quinta est petitio principii id est probatio eiusdem per se. Cum enim illa propositio dicatur principium, quæ primo loco ponitur probanda, et eadem vt pote, quæ Dialectica tantum et probabilis ēe supponatur, a disputante interrogetur; quid, vt si pro rōne illam adducat, petere potius denum, seu interrogare id quod interrogabar in principio videaris.

Licet autem numerentur ab Arist: Varii petendi principium modi, nempè, cum definitio ad probandam definitum, vel ad probandam particularem, vniuersale, vel particularia ad vniuersale, vel cum conclusio per partes ad se ipsam, vel relatiuum ad aliud relatiuum firmandum sumitur, non dicitur tamen absolute petii principium fisse modis, nisi ad hominem, seu respectu eius. cum quo fit disputatio, in quantum ille negans conclusionem videtur ostendere veram sibi ēe definitionem, notas partes &. Quare solus ille dicitur petere principium, qui accipit synonimum probandæ rei.

Sexta fallacia extra dictionem, non causa vt causa, Cum videlicet asseritur aliquid ēe causa alterius licet non sit. vt quando ita argumentatur Sophista. Si nullū tempus esset, nox non esset. Si nox non esset, dies esset, Si dies esset, aliquod tempus esset. Ergo si nullum tempus esset, aliquod tempus esset. Hic si tribuat falsitatem con-

clusionis, primæ propositioni fallaciam non causæ vt causæ committet. Tribuenda enim secundæ propositioni, nam falsum est Si dies non sit noctem esse absolute legendo. Verum autem posita conditione motus solis circa terram. Vnde ante mundum conditum, neq; nox neq; dies fuit.

Septima fallacia extra dictionem, plurium interrogationum, vt vnius. cum Sophista vult vnius responsione absolui multiplicem suam interrogationem. Vt Si quærat. Homo estne sentiens et lapis. Vbi Si neges simpliciter, concludet non eē sentientem: Si absolute concedas, concludet eē lapidem.

Jam de solutione Sophismatum aliquid. Generaliter loquendo illæ Sophismatis propositiones quæ videntur probabiles, et non sunt, negandæ: Sicut et Pseudographi syllogismus illæ quæ videntur necessariæ et non sunt. Eodem modo soluitur in particulari petitio principi. Sophismata ex æquivocatione, amphibologia, compositione et diuisione, ex accentu soluenda distinctione. Sophismata figuræ dictionis, ignorationis Elenchi, accidentis, simpliciter et secundum quid, ex consequente, ex non causa vt causa, negatione consequentiæ vel potius distinctione. Interrogatio plurium vt vnius. Soluenda multiplici responsione, vel distinctione. Fallacia negationis obuiam iter non repetendo id verbum, quod negationem inducit. Expedit etiam habere in promptu argumentationem aliquam manifestè vitiosam eius similem, quam aduersarius effinxit, præsertim si postulet instantiam.

In Sophismatis peccantibus et materia et forma post præmissas tanquam non pertinentes ad rem quadam suspensione negationis, et concessionis affecta, consequentia negatur. Negatur et in Sophismatis peccantibus sola forma post præmissarū concessionem.

Hæc in Vigilia S. Mariæ Magdalenæ conclusa sunt.

A. M. D. G. B. M. V. ℔.

BIBLIOTEKA FUNDACYI HR. RAWOROWSKIEGO

BIBLIOTEKA
FUNDACYI
[illegible]
RKps. Nr. 457
R. 166

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.